biā ⁊ ſaraz. Effunde mihi
lachrymas:q2 obduratuz
eſt cor meū q̄ſi petra. Pec
caui dn̄e:peccaui nimis in
vita mea. oēs iniquitates
meas ego cognoſco. te pe
to dn̄e:tibi clamo clamor̄
magno:tu porrige dexte-
rā tuā:⁊ libera me de aduer
ſario meo ſic liberaſti tres
pueros de camino ignis ar
dētis. Sydrac miſac ⁊ ab
denago. Ergo te p̄cor dn̄e
de⁹ rex celeſtis patiētiā p̄-
ſta mihi ⁊ ɔtinētiā charita
tē ⁊ humilitatē fidē:⁊ veri
tatē:vt merear pſeuerar̄ ī
opib⁹ bonis. Fac cor meū
ɔſiderare q̄cq̄d ō malo lo

cutus ſui aut cogitaui aut
feci a iuuẽtute mea. Et idõ
depcoꝛ te dñe vt mihi i au
xilium mittere digneris ſã
ctos angelos tuos ⁊ aplos
martyres ⁊ ꝯfeſſoꝛes ⁊ qt
tuoꝛ euãgeliſtas. Precoꝛ
ſanctã Mariã matrẽ dñi
⁊ ſanctas vgíes ⁊ viduas:
vt me exaudiãt ⁊ pſtẽt mi
hi ad viã veritatis venire.
Peccaui dñe peccaui i ho
mie: q̃to magis i te de9me
us: ita vt nõ ſit nũer9 ope
rũ maloꝝ q̃ opat9ſuꝫ a iu
uẽtute mea. Et te peto ds
me9 ieſu xp̃e qui me digna
tus fuiſti redimere cũ tuo
ſanguine. ⁊ poſuiſti te in li
gno ꝑ me idigno ⁊ pctoꝛe.
nõ ꝑ meis meritꝭ: ſꝫ ꝑ tua
magna mĩa: vt tu me eri-
pere digneris: ne itrẽt i illũ
locũ peſſimũ: qui ſemꝑ eſt
ſine refrigerio ⁊ ſine ſplen-
doꝛe ⁊ ſine dulcedie: ⁊ erit
ſine fine: qꝛ nõ infern9 cõfi
tebit tibi: neq; moꝛs lau-
dabit te. Miſerer mei dñe
⁊ exaudi me ſpantẽ in te:
ſicut exaudiſti Mariam ⁊
Marthã qñ ſuſcitaſti La-
zaꝝ. ita te depcoꝛ dñe vt
reſuſcites me de moꝛte: vt
merear eẽ ad dexterã tuã:
⁊ audire vocẽ tuã dicẽteꝫ.
Uenite bñdicti pr̃is mei:
⁊ ſis mihi mitis ſicut fuiſti
meretrici in domo Symo
nis lepꝛoſi. ⁊ infunde ocul
meis lachꝛymas ſicut infu
diſti ⁊ qñ pedes tuos la-
uit: cũ lachꝛymis ⁊ crinib9
terſit: ⁊ dimiſiſti eã i pace.
Te depꝛecoꝛ dñe oĩpotẽs
vt dimittas mihi oĩa pctã
meã anteq̃ moꝛiar: vt nõ
gaudeat inimic9 me9 ſuper
me. Te depcõ dñe ſcẽ Pe
tre qui tenes claues regni
celoꝝ: vt me abſoluas ſuꝑ
terrã. Et da mihi dñe ieſu
xp̃e foꝛtitudinẽ de celo vt
vincã dyabolum vigilãteꝫ
⁊ dimicãtẽ ꝯ me. pcoꝛ oẽs
martyres ⁊ oẽs ꝯfeſſoꝛes
⁊ oẽs virgies vt itercedãt
ꝑ me miſo. Et iuoco illos
qui ad te die ac nocte ñ ceſ
ſant clamare dicẽtes: San
ct9 Sanct9 Sãct9: vt oꝛẽt
pꝛo me: vt merear ſupare
oẽs iniquitates meas q̃s
cõmiſi ab ineunte etate vſq;
in pſentẽ diẽ. Nunc exoꝛo
dñm ieſuꝫ xp̃m vt ille miſe

ricoꝛdꝫ exaudiat ꝑcē meā
Qui viuit ⁊ regnat de⁹.p.
¶ Sequunť aliq̄ oꝛōnes
deuote ad oēs ſcōs ⁊ ſan-
ctas d̄i q̄ etſi v̄o repugnēt
oꝛdini:tñ ne oio ꝑter mit-
tanť hic ſunt inſerte.

SAlue imperatrix glo
rioſiſſima peccatricis
aīe mee ſpes tutiſſima dei
genitrix v̄go Maria. Tu
poſt deū ꝑcipuum ⁊ maxi
mū meū es refugiū ⁊ gau-
diū. Salue celeſtis palatꝫ
pꝛinceps Michael angele
dei bone. ⁊ oīs btōꝝ ange
loꝝ militia qui ꝑ tot anno
rū milia dn̄o nr̄o noua ſp
ꝑcinīſtis cātica. Salue ſa-
cū maxie. Joānes baptiſta
amice Xp̄i ſctiſſime. ⁊ oīs
cetus btōꝝ pr̄iarcharū ⁊
ꝓphetaꝝ ad quos repꝛo-
miſſio fctā eſt de xp̄o bn̄di
cto filio dei. Salue ſingu-
laris ⁊ vnice Jeſu xp̄i cha
riſſime Joānes apl̄e ⁊ euā
geliſta egregie ⁊ oīs apl̄o-
rū ⁊ euāgeliſtaꝝ ſenat⁹: q̄
xp̄i geſta iſignia videre me
ruiſtis ⁊ ↄſcribere. Salue
athleta inclyte ꝓthomar
tyr dei Stephane ⁊ omīs
ſcōꝝ martyrū turba rubri
cata ⁊ roſea: quos adoꝛna
uit xp̄s flos honoꝛis ſuo
ꝑcioſiſſimo ſanguine. Sal
ue pr̄ ⁊ dux inclyte Gꝛego
ri imitatoꝛ xp̄i feliciſſime
⁊ oīs ſcōꝝ ↄfeſſoꝝ ſplēdēs
choꝛ⁹ q̄ dn̄o deo nr̄o vita
placuiſtis ⁊ moꝛib⁹. Sal-
ue ſpōſa ſūmi regis Ma-
ria Magdalena: ⁊ oīs vir
ginuꝫ ac mulieꝝ honeſta
caterua: q̄ xp̄m ſpōſuꝫ ele
gātiſſimum ſpāli modulo
meruiſtis ꝓſeq̄. Salue to-
ta celeſtis pr̄ie curia ⁊ re-
gia dignitas: oīuꝫ ſctōꝛum
btā cōitas de toꝛrēte diui
nitatis ſatiata ⁊ inebꝛiata
felix ⁊ iocūda ac i eternuꝫ
bn̄dicta. O ſcā virgo Ma
ria: ⁊ oēs ſcti ⁊ electi dei
nūc ⁊ in hoꝛa moꝛtis mee:
mihi miſero ſuccurrite: ⁊
dn̄ꝫ deū nr̄ꝫ v̄ris meritis ⁊
ꝑcib⁹ mihi ꝓpitiū facite.
Tu ḡ o virginea mr̄: cui iu
re mr̄nitatis icūbit oīs exe
quiaꝝ meaꝝ apparat⁹: ac
cedens ad illud ſupceleſte
ſacrarū ſp venerāde trini-
tatis: offer ꝓ me nūc ⁊ i ho
ra moꝛtis mee quicq̄d vir

tutū ꝛ grãꝝ ab hora cõce ptiõis tue vſqꝫ ad horã aſ ſũptiõis i te rex gl e tanq̃ conſeruatiſſimo theſauro ſuo dignat⁹ ē ꝯſeruarī. Tu etiã beatoꝝ angeloꝝ mili tia: offer pro me nunc ꝛ in hora mortis mee ꝯſtãtiaꝫ puriſſimã qua cū deo nr̃o ꝑmãſiſtis: ꝛ felicē innocen tiã in qua ꝑ ipm cõfirmati eſtis. Tu quoqꝫ pr̃iarcha rū ꝛ ꝓphetarū cet⁹ offer ꝓ me nūc ꝛ i hora mortis mee merita fidei ꝛ deſide rioꝝ qb⁹ xp̃m dei filiū re promiſſuꝫ ꝯſtãter expecta tis. Tu quoqꝫ ſenat⁹ aplo rū ꝛ euãgeliſtarū offer ꝓ me nunc ꝛ in hora mortis mee merita feliciſſime cuꝫ xp̃o adherētie: familiaris amicitie: ꝛ fidelis pſeuerã tie. Tu hic o roſea marty rū turba offer ꝓ me nūc ꝛ in hora mortis mee meri ta fideliatū ꝯſtãtie ꝛ p̃cio ſi ſanguis cū ſãguie imacu lati agni ꝓ oĩuꝫ ſalte effuſi. Tu deide ſplēdēs ꝯfeſſoꝝ chor⁹ offer ꝓ me nūc ꝛ in hora mortiſ mee merita d notionū ſtudioꝝ exercita tionū ꝛ vtutū oĩuꝫ: in qb⁹ dño deo nr̃o placerī merui ſtis. Tu iſup honeſta vgi nū ꝛ mulieꝝ caterua offer ꝓ me nūc ꝛ i hora mortis mee cordis ꝛ corpis mun ditiã q̈ deo ſptis mūdi deli cijs ꝛ corpis voluptatib⁹ placuiſtis. Poſtremo oēs vos ſcti ꝛ electi dei offerre pro me nūc ꝛ i hora mor tis mee merita electiõis ve ſtre ꝛ oĩuꝫ donoꝝ ꝛ grãꝝ qb⁹ q̃lib ꝫ vr̃ꝫ ſe gaudet a dño deo remuneratū: ꝛ ob tinete mihi p̃cibus vr̃is in hoc ipſo tpe: quo in h̃ mo ror corpuſculo exerceri in opib⁹ ꝛ virtutib⁹ illis: qui b⁹ q̃libet veſtrū cognoſcis ſe in hac vita in laudē dei mei ꝛ domini noſtri preci pue fuiſſe lucratum.

¶ Itē alia oratio ð eiſdē.

Sancta maria mr̄ mi ſericordie pĩſſima ora ꝓ me ad dñꝫ: vt me a vitĩjſ euacuet ꝛ vtutib⁹ corrobo ret: a malis eruat: ꝛ bonis gauderī faciat: ꝛ cū finis vi te mee venerit: mihi aſſiſte: vt ꝑ te defenſus ad pr̃iã le t⁹ valeã ꝑuenire. O ſcti an

geli ꝓclar̃ opꝰoẽi orate ꝓ
me ad dñz vt mereamur i
periculo ꝓtegi: ⁊ ab oi cri
mine tutari: a ſuo amor̃ ⁊
beato ꝓpoſito nulla vnq̃
malitia reuocari: ſed vſq₃
i fine i ſuo ſctõ ſeruitio cõ
ſeruari: ⁊ ab eo nũq̃ ſepa
rari. O ſcti p̃iarche ⁊ ꝓ
phete organa ſpiritusſãcti
orate ꝓ me ad dñm: vt ꝑ
magnanimitatem veſtre ſi
dei q̃ nos i futura gr̃a fidu
cialr̃ fecit exultare: fidẽ re
ctã ⁊ felicẽ ꝯſumationem.
hicq₃ ⁊ in eternũ exultatõ
nẽ in dño valeã obtinere.
O ſancti apoſtoli ⁊ euãge
liſte: ſpãles amici Jeſu xp̃i
orate ꝓ me ad dñz: vt cha
ritatẽ quã pr̃ in proprio fi
lio ſuo notã facere voluit.
⁊ idẽ filius vobis peculia
riter cõmendauit merear
amplecti: ⁊ eã ac virtutes
ceteras ꝓpoſſe imitari. O
ſcti martyreſ milites regiſ
eterni orate ꝓ me ad dñm:
vt i feruore ſancte charita
tis veſtra ſequẽs veſtigia
cũcta huius vite diſcrimia
valeã viril'r calcar̃: ⁊ ad eũ
quẽ leto aſpectu ituemini
nr̃i laboris p̃miũ feliciter
ꝑueĩre. O ſancti ꝯfeſſores
ſydera celeſtis firmamẽti
orate ꝓ me ad dñm vt te
nebras pctõꝝ effugere: ⁊
ad virtutũ exercitia ꝓfice
re valeã: ac verã ꝯtritionẽ:
purã ꝯfeſſionez: ⁊ dignos
fructus pnĩe gr̃arũq₃ ⁊ cõ
ſolationẽ ſci ſpũs ipetrar̃.
O ſctẽ virgies ac mulieres
cordis ⁊ corpis munditia
florẽtes: orate pro me ad
dñz vt caſtitatem mẽtis ⁊
corpis mihi tribuat: ⁊ oĩ-
bus ſctis ṽtutibus ⁊ bõis
opibus iceſſanter ꝓficẽ fa
ciat: ac ipſi ſoli placere ito
toq₃ corde ⁊ corpoꝛ̃ deſer
uire. O ſcti ⁊ electi dei oẽs
in q̃cũq₃ ordie deuoti ora-
te ꝓ me ad dñz: vt vr̃iſ me
ritis ⁊ p̃cibus adiutus me
rear oĩuz pctõꝝ ꝯſeq̃ vẽiã
⁊ multiplices laq̃os inimi
ci ſupare: ac feliciter cõſũ-
matuſ mortẽ euader̃: ⁊ ad
vitã ꝑuenir̃ ſẽpitnã. Amẽ.
¶ Modus ꝯfitẽdi opti-
mus ⁊ ꝯpẽdioſus ſiue gñ a
lis ꝯfeſſio edita ꝑ reueren
dũ in xp̃o patrẽ ⁊ dñz: do
minũ Andreã hyſpanũ ſã

ete Rõane ecclie pniariũ: epm Ciuitatẽn, q dici põt ſpeculũ ꝯfitẽtiũ: eo ꝙ quiuis ꝯfiteri volẽs ſi pͥmitꝰ hãc ꝯfeſſionẽ gñalẽ diligẽter iſpexerit: quaſi i ſpeculo oĩa ſua pctã videbit.

Incipit prologus.

Quoniã oĩ ꝯfitenti neceſſariũ eſt hãc gñalẽ ꝯfeſſionẽ dicere ꝛ facẽ: cuiꝰ tãta virtuꝫ ſm Magiſtrũ ſniaꝝ lib. 3. di. 21. cap. 5. ꝙ inumerabilia venialia peccata delet. Mortalia vͦ ꝛ crimialia: quoꝝ nõ recordariꝫ tollit. Pctã vero q̃ feciſti ad memoriã reducit. Et ideo ad vtilitatẽ mihi ꝯfitẽtiũ: ego magiſter Andreas hyſpanꝰ Rõane ecclie pniariꝰ oli Ciuitatẽſis ꝛ Aiacẽſiꝫ: nũc vͦ Megarẽſis vocatꝰ epſ: ordis ſcti Benedicti reqſitꝰ p mihi ꝯfitentes hãc gñalẽ ꝯfeſſionẽ q̃ ꝙ ſi oia pctã ꝯtinet ex multis ſctõꝝ patruꝫ dicis collegi verbiꝫ breuiorib' ꝙ potui: quia diffuſiuꝫ in mea maiori cõfeſſione proceſſi.

Incipit confeſſio.

Facto igr̃ ſigno ſacte crucis añ oĩa dic pͥmo. Ego reꝰ ꝛ pctõr maximꝰ ꝯfiteor deo oĩpotẽti ꝛ btẽ Marie ſemp virgini ꝛ ꝛ oibꝰ ſctis ꝛ tibi pr̃i meo ſpũali: q2 peccaui nimiꝫ ab hora q̃ icepi peccare vſq3 in pñtẽ diẽ mortalr̃: criminalr̃: venialr̃: cogitatione: ꝯſenſu: delectatiõe: deliberatiõe: ꝯſilio locutõe: viſu: verbo: omiſſiõe: ꝛ ope cõtra deũ prẽꝫ oĩpotẽtẽ: per nature ifirmitatẽ: ꝯ̃ filium dei p aĩe ignorãtiã ꝛ cecitatẽ: ꝯ̃ ſpm̃ ſcm̃ p malitiaꝫ ꝛ obſtinationẽ: deſpatõeꝫ: ꝛ volũtariã peccãdi cõſuetudinem tam cupiditate ꝛ amore inordiato ꝙ timore ſeruili ꝛ mũdano: p ipugnationẽ vitatiꝫ agnite: ac inuidẽtiã charitatiꝫ fraterne: ꝛ ꝑpoſitũ nõ penitẽdi. Et ꝯfiteor me peccaſſe cõtra deũ meũ tã cogitatiõe ꝛ locutione ꝙ ope ꝛ omiſſione.

De cogitatiõe.

Primo peccaui cogitatiõe: q2 carnis delicias: gulas: luxurias ſeculi põpas: honores ꝛ diuitiaꝫ

hēre cogitaui ꝛ multū ꝯcu
piui: ac turpib⁹ cogitatiōi
b⁹ ꝯſenſi: ꝛ tā ipꝛeſſaꝫ ima
ginationē in eis habui ꝛ ď
lectationē ꝙ multas meaſ
cogitationeſ ope pfeciſſeꝫ
niſi timoꝛ ꝛ verecūdia mū
di me retraxiſſet. ¶ Coꝛde ꝛ
aio hoꝛas meas nō dixi:
nec deū laudaui: nec ď ipo
aut futuro ſeculo ſeu die iu
dicij cogitaui: imo tētatio
nes dyaboli ꝛ mūdi volū
tarie: ſuſcepi: ꝛ eis cōſenſi.
vīdictas deſideraui: ꝛ ami
citias ſimulaui: in meis ne
ceſſitatib⁹ patiētiā non ha
bui: in affectū coꝛdis trāſi
ui: ꝛ ope perfeci: quecūqꝫ
pri⁹ cogitata facere potui.
Qualitercūqꝫ cogitatiōe
peccaui: reddo me culpa
bilem: ꝛ dico meam culpā.

¶ De locutione.

SEcūdo: pater pecca
ui in locutōe: qꝛ ſepi⁹
ſupflue ꝛ inepte locut⁹ ſuꝫ.
Deū meuꝫ ꝛ ſanctos eius
blaſphemaui: ꝛ deū ď ſuis
opibus repꝛehēdi peccata
mea ꝓpꝛia defendi ꝛ excu
ſaui i vanū iuraui: ſupioꝛi
b⁹ ꝛ meis ꝓximis detraxi:
ꝛ contra eos murmuraui:
eoꝝ vitā ꝛ opa ſiniſtre iu
dicaui: ꝛ eos diffamaui: iu
rata ꝛ ꝓmiſſa nō ſuaui: ſꝫ
ſepe peieraui ꝛ periuraui:
ꝛ multos decepi v̄bis: teſti
moniū falſuꝫ dixi: pnicioſe
mētit⁹: ſuꝫ ꝓpinqs ꝛ fami
liarib⁹ meiſ maledixi ꝛ eoſ
vituperaui ꝛ ſcandalizaui:
maioꝛib⁹ adulat⁹ fui: ꝛ cū
verbis ac mēdacijs eoruꝫ
amoꝛē ꝓcuraui: ꝯtētiōes ꝛ
litigioſas cauſas ꝓcuraui
ꝛ diſcoꝛdias ſeminaui: ma
le conſului ꝛ bilinguis fui:
meipſuꝫ laudaui: ꝛ ſecreta
reuelaui. indiſcretus fui: ꝛ
vota honeſta nō ipleui: diſ
ſolut⁹ in viſu fui: ꝛ i riſu ca
chinoſ ꝛ cātilenas de alijſ
feci. Uerba ſcurrilia ꝛ tur
pia dixi: ꝛ pfidus in v̄bis
extiti: v̄ba dei tacui: nō do
cui: ñ coꝛrexi ꝓxios: hoꝛas
meaſ debite nō legi: nec cō
feſſus fui nō cōmunicaui:
nec deo meo de bñficijs ac
ceptis mane die ac nocte
grās reddidi: nec alia ſan
cta officia lingue exercui.
ſꝫ eā ad oia vicioſa verba
laxaui. Qualitercūqꝫ ego

locutione peccaui: reddo
me culpabilem: ꝛ dico me-
am culpam.

¶De ſeptē peccatis moꝛ
talibꝰ ꝛ de peccatis opis.
Et pꝛimo de ſuperbia.

TErtio pater peccaui
opere ꝛ actiõe multi
pliciter. Et pꝛimo ꝯfiteoꝛ
me peccaſſe ꝯtra deū meū
ꝛ pꝛoximū ꝛ ſeptē pecca-
ta moꝛtalia cõmiſiſſe. ſuꝑ
biam enim cõmiſi: qꝛ ſin-
gulari excellētia alijs ꝑeſſe
volui: põpoſꝰ ꝛ ꝑſūptuoſꝰ
fui i meis opibꝰ: ſp vanā gliā
queſiui ꝛ habui: de diuitijs
honoꝛibꝰ: de gñe ꝛ nobili
tate: ꝛ coꝛpis pulchritudi
ne me iactaui: ꝛ cauſa ipſo
rū alijs dñari volui: inobe
diens ꝑlatis extiti. Cenſu-
ras eccleſie ꝛ ſynodoꝝ nõ
curaui: hypocrita fui: re-
bellis ꝛ obſtinatꝰ i ꝯſuetu-
dine peccandi: ꝯfiteri ꝛ pe
nitē ſeu cõicare nolui. Pa
rentes ꝓximos ꝛ iferioꝛes
deſpexi: ꝛ meos familiares
ꝛ amicos verbis ſuꝑbis a
me effugaui. Curioſus ꝛ le
uis i v̄bis meis ꝛ diſſolutꝰ
in riſu extiti: ſingularis eē
verbis ꝛ factis ďcreui: pꝛo
pꝛiā volūtatē ſp iplere vo
lui: pctā ꝓpꝛia excuſaui ꝛ
defēdi: cito credidi: ꝛ igra
tus deo ꝛ hominibꝰ de be
ficijs extiti. De auaritia.

ITē peccaui i pctō cu
piditatis ꝛ auaritie:
qꝛ ioꝛdiate diuitias: hono
res: pecunias: ꝛ bñficia cõ
cupiui ꝛ amaui. Res alie-
nas abſtuli ꝛ retinui iniu-
ſte ꝛ diſſipaui. Parcꝰ mihi
in neceſſarioꝝ exhibitiõe:
ꝛ ꝓxio i elemoſynaꝝ lar-
gitiõe fui: ꝑ pecunias: ho
noꝛes: ꝛ bñficia multa fal
ſa teſtimõia: falſas lr̄as: ꝓ
ditiões: adulteria: ꝓxioꝝ
dāna vſuras: ſymõias: ďce
ptiões: fraudes: rapinas:
furta: mēdacia: cauſas liti
gioſas: iniuſtas ꝛ iniq̄s ſen
tentias officia tyrannica:
mercantias: ꝛ aduocatio-
nes cauſarum ſiniſtrarū ac
pꝛocurationes: falſos te-
ſtes: falſas litteras: ꝑuerſo
rū ꝛ ꝯſanguineoꝝ pꝛomo
tiões in dei eccleſia: ludos
foꝛtuitos ꝛ falſa iuramen
ta dixi feci ꝛ pꝛocuraui.

¶De luxuria.

Item peccaui in pctō fornicatōis ⁊ luxurie: qꝛ delectatiōe ⁊ cogitatione gule ⁊ luxurie: corporis pollutōes in corpore meo habui: vbis luxurioſis: tactib⁹: amplexib⁹ ⁊ oſculis: aliqn̄ actib⁹ inhōeſtis: mulieres turpiter cognoui ⁊ dilexi: ⁊ ſi non ope: tamen mēte: adulteriū icestū raptū ⁊ pctm̄ cōtra naturaȝ facere ⁊ exercer̄ ōſideraui.

## ℭ De inuidia.

Iteȝ peccaui i pcō inuidie. Nā honoreȝ ⁊ famā ac ꝓmotionē ꝓximi pp īuidiā deſtruer̄ ⁊ ipedire ꝓcuraui: ⁊ de ei⁹ dāno ⁊ infortunijs gauiſus fui: ⁊ ō ei⁹ ꝓſperitate valde dolui ⁊ cū depſſi inꝗtū potui.

## ℭ De gula.

Iteȝ peccaui i pcō gule: qꝛ horā comedēdi ⁊ bibēdi ſp p̄ueni: ſine ſiti ⁊ fame cōedi ⁊ bibi: ⁊ ebrietate me repleui. Cibū ⁊ potū auide ſūpſi: ⁊ freq̄nter comedi in die ⁊ bibi. Sumptuoſa cibaria ⁊ pocula ad ōlectationē carnis procuraui: tabernas frequētaui ⁊ i saporib⁹ ciboꝝ ⁊ potuū delectat⁹ fui: ieiunia eccleſie ⁊ regularia ſepi⁹ fregi: ⁊ cibaria ꝓhibita ſūpſi.

## ℭ De ira.

Itē peccaui i pcō ire: nā meis ꝓximis ⁊ ſbditꝭ ſine cā irat⁹ fui: pp irā me vidicaui: ⁊ iniurias mihi illatas ſuſtinere nolui: cū ira ōȝ meū blaſphemaui: hoies vitupaui: ⁊ nocer̄ ꝓprio i ꝑſona ⁊ i reb⁹ deliberaui: rācorē cordis ſeuui ⁊ timorē mentis pre ira habui clamores feci: diſcōdias ſeminaui: ⁊ veniā mihi petētib⁹ nō peperci.

## ℭ De accidia.

Iteȝ peccaui in pctō accidie. Nā bōa q̄ tenebar facer̄ n̄ feci nec pcuraui: mala āt q̄ tenebar fugere nō fugi: ſȝ pl⁹ ad illa cucurri ⁊ ope ꝯpleui. Pꝰnā meū laborib⁹ nō q̄ſiui: tard⁹ ac lōg⁹ ad ꝯfitēdū ⁊ penitēdū ō pctis fui. pniāȝ mihi datā: ⁊ vota ꝓmiſſa vel icboata nō compleui: op⁹ dei negligēter feci. Remiſſus i dicēdo offm̄ dinū ⁊ i faciēdo dei ſuitiū fui vꝉ

inuit⁹ feci. ignauia mea ꝛ
incuria res meas deturpa
ui. In horis ac diuinis offi-
cijs nullā deuotionē hūi. ꝛ
si aliqñ feci qđ bonū: illud
cū tristitia ꝛ verecūdia ac
vana glia pegi: desister̄ me
posse a pctis penit⁹ despe
raui. Et idiscreto feruore
deo seruiēdi tm̄ corp⁹ meū
exterminaui ꝛ extenuaui q̄
sibi seruire vt tenebar post
modū nō potui: ad ꝯsuetā
vitā pucrsa ȝ ōcliaui: vota
ꝓmissa nō ꝯpleui: nec ieiu-
nia eccl'ie. Qualr̄cūqȝ i his
septē peccatis mortalib⁹:
aut aliq̄ eoꝝ siue i aliqbus
circūstātijs ipsoꝝ peccaui.
Dico meā culpā ꝛ reddo
me culpabilē deo ꝛ vobis.

¶ De decē p̄ceptis legis.

QUarto peccaui opa
tiōe q̄ decē p̄cepta
dei mei trāsgressus fui ope
re ꝛ voluntate.

PRimo deū meum ex
toto corde meo non
dilexi non temui non ado
raui: nec firmā fidē ꝛ spē
d ipo ꝛ i ipo hūi: qn poti⁹
diuinis augurijs sortilegijs
ꝛ incantatiōib⁹ heresib⁹ ꝛ
falsis doctrinis magis q̄
deo meo ꝛ scripturis sacris
fidem dedi: magis de eis
confisus fui.

¶ De secundo precepto.

SEcūdo peccaui quia
nomē dei mei inuanū
assūpsi p os meū: ꝓ nulla
vł modica re deū meū piu
raui ꝛ frequēter sine cā iu
ramēta falsa ꝓnūciaui: ꝛ
sup euāgelia iuraui sine ne
cessitate: simplici v̄bo cre-
der̄ nolui: ꝛ p mēbra hūa
na di iuraui: ꝛ d̄ȝ ꝛ scōs ei⁹
negaui atqȝ blasphemaui.

¶ De tertio precepto.

TErtio peccaui. Nam
diē dñicā ac festiuita-
tes eccl'ie cū orōnib⁹ missis
ꝛ p̄dicatōib⁹ ꝛ elemosynis
nō sanctificaui: sȝ illis die-
b⁹ dbitores meos repetij:
ꝛ solui mihi debita ꝓcura
ui: familiā meā laborar̄ fe-
ci: tpalib⁹ vacaui ꝛ mūdi
gaudijs crapul' ꝛ luxurio
sis actib⁹ magis dieb⁹ illis fe
stiuis me dedi q̄ alijs dieb⁹.

¶ De quarto precepto.

QUarto peccaui. Nā
prēs ꝛ mrēs meā cō
porales nō honoraui. nec

eis i neceſſitatib⁹ ſubueni: ſꝫ eos ad irã ꝓuocaui: ṗla tis ⁊ pñib⁹ meis ſpũalib⁹ ⁊ mrĩ mee ſcẽ eccľie debitas reuerẽtias nõ feci: nec eoꝝ ꝑcepta ⁊ cenſuras curaui: imo i ꝯtẽptũ clauiũ eccľie cũ excõicatis ſciſmaticis ⁊ hereticis ꝑticipaui. ⁊ deci- mas quas eccleſie tenebar dare integre non dedi.

¶ De quinto precepto.

QUinto peccaui. Nã ꝓximũ meũ lꝫ nõ ac tu tñ aio ⁊ volũtate occi- dẽ volũtarie: ac i pſõa ⁊ in reb⁹ ledere ꝯcupiui: man⁹ violẽtas i eũ poſui ⁊ põer decreui vel poni ꝓcuraui.

¶ De ſexto precepto.

SExto peccaui erga mulieres cõiugatas. Nã adulteriũ cũ eis ꝯmit- tere optaui: v̓bis ꝓmiſſis ⁊ mũerib⁹ ad adulterãdũ eas ꝓuocaui: i diuerſis co gitatiõib⁹ ⁊ actib⁹ ꝑ adul teriũ me coinquinaui.

¶ De ſeptimo precepto.

SEptio peccaui. Naꝫ res alienas iniuſte ꝺ locis ſacris ⁊ nõ ſacris ab ſtuli: ⁊ offm̃ ad recipiẽduꝫ bõa paupeꝝ procuraui ⁊ res iuẽtas ⁊ aliẽas dñis ſu is nõ reddidi pr̃imonium crucifixi nõ debite expẽdi: nec ꝑ me ablatũ vľ furatũ aut iuẽtũ vnq̃ reſtitui nec volũtates vltias defũcto rũ ⁊ teſtamẽta adipleui.

¶ De octauo precepto.

OCtauo peccaui ꝯ ꝓ ximũ meum. ex mali tia publice ⁊ occulte falſũ teſtimõium: falſas ſcriptu- ras: falſos teſtes ꝯ eũ ꝓcu raui: ⁊ ꝺtraxi. ⁊ ei⁹ vitaꝫ ⁊ mores q̃tũ potui denigra ui ⁊ vituperaui: deriſiones maledictiones contra euꝫ protuli ⁊ ſcãdala ꝓcuraui.

¶ De nono precepto.

NOno peccaui. Nã ꝓ ximi mei vxorẽ ⁊ cõſan guineã ⁊ ſctimõialẽ aut iñ delẽ vľ iudeã ꝺſideraui ⁊ i ei⁹ pľchritudie gauiſ⁹ fui ⁊ ad eã vidẽdã cucurri: ⁊ eã hr̃e q̃cũq̧ mõ deſideraui.

¶ De decimo precepto.

DEcimo peccaui. Nã vineas agros domos bñficia ⁊ bõa mei ꝓximi ꝑ dolos fraudes violẽtias ⁊ deceptiões hr̃e ꝯcupiui: ⁊ ꝯ eũ cãs iniuſtas ⁊ letigio ſas moui: v̓bis ⁊ fctis q̃tũ

potui pp illa laboraui re bᵒſuis iniuſte puaui. ꝛ pua re ſtudui i his oĩbus dico meã culpã. ꝛ reddo me do culpabilẽ deo ꝛ vobis.

¶ De pctis qnq; ſenſuuʒ ꝛ oium mẽbroꝝ corporiſ.

Quito pater peccaui opatiõe ꝯ deũ cũ oi bᵒ meis mẽbris ꝛ ſenſibuſ mei corpis. Capillos meos ꝛ ſupcilia mea ſepiᵒ per ſupbiã ordiaui. nã cũ meo capite do ꝛ meiſ maioribᵒ reuerẽtiã nõ feci. Jtẽ collũ meũ ad obediẽtiã i nares noluí. Jtẽ aures ad audiẽdũ luxurioſa vba dtractiones: cãtᵒ ꝛ iſtr̃a muſicalia ò di. Jtẽ ocl'oſ meoſ coloribᵒ dturpaui: ꝛ ĩpudice cũ eis mltas mulieres ac vãitateſ mũdi reſpexi. Jtem nares meas odoribᵒ puocãtibᵒ ad vanã gloriã ꝛ luxuriaʒ ordiaui. Jtẽ os meũ ad loquẽdũ mẽdacia blaſphemias. iniurias deputaui. Jtẽ lĩguã meã ad guſtãdũ ſuauia ꝛ loquẽdum mẽdacia ꝛ ordiaui. Jtem guttur meũ crapula ꝛ ebrietate re pleui. Jtẽ mãibᵒ meis alie na rapui. ꝛ turpr̃ cũ eis corpᵒ meum ꝛ alia mẽbra mea ad gñatiõnẽ deputata. ſcu ẽt mulieꝝ ꝛ puellarũ ĩpudice fornicatiõibus maculaui. Jtẽ vẽtrẽ meuʒ luxurie ꝛ ebrietatibᵒ dedi. Jtẽ i lũbis meis ardorẽ libidis exoptaui. Jtẽ in corde meo varias cogitatões ꝛ tẽtatiões habui: qs ope pfeciſſẽ niſi timor mũdi ꝛ boiuʒ vẽcũdia me abſtraxiſſent. Jtẽ genua mea do ꝛ ſctis ꝛ maioribᵒ ac plãtis nõ flexi. Jtẽ cũ pedibᵒ meiſ ad luxuriãdũ furãdũ ꝛ ſanguinem fundendum cucurri. Qualr̃cunq; ego cũ aliq̃ mẽbro mei corpis dʒ offẽdi dico meã culpã: ꝛ ꝯfiteor deo ꝛ vobis.

¶ De pctiſ omiſſiõis. Et prio ò ſeptẽ opibᵒ miſicor die corpalibᵒ ꝛ ſpũalibuſ.

Sexto peccaui vltimo mõ peccandi. ſ. omiſſiõe. Nã cũ paupe ĩdigẽte in necẽitate ꝯſtituto ſeptem opa mĩe corpalia nõ exercui. Nã cũ potui eſurienti dare panẽ nõ ò di: ꝛ ſitiẽti potũ nõ pbui: hoſpitẽ pe

grinū ꝛ errāt ē ad meū bo ſpiritū: ꝛ ad vitā rectā non reduxi. īfirmos cū neceſſa rijs nō viſitaui. Nudū veſtimētis nō coopui. īcarce ratos iniuſte non redemi. mortuū ōrelictū nō ſepeli ui nec ſepelirī feci. Itē opa mīe ſpūalia ad q̄ tenebar nō ipleui. Nā ignorātes q̄ ſūt ſaluti aīe nō docui. Deſtituto humano auxilio ꝛ pctōri ꝯſiliū nō ōdi: errātē ꝛ pctōrē nō caſtigaui: nec correxi triſtē: ꝛ deſolatum non ꝯfortaui: nec mihi iraſcētib⁹ ꝛ malefaciētib⁹ pepci: iniurias ꝛ cōtumelias mihi illatas patiēter nō ſuſtinui. Pro ſaluatiōe aīarū amicoꝝ ꝛ inimicoꝝ ōꝫ nō exoraui: ꝛ mercedē laboꝝ mihi faciētib⁹ nō prebui. Qualitercunq̧ ego opa miſericordie nō ꝯpleui dico meā culpā: ꝛ reddo me culpabilē deo ꝛ vobis.

¶ De. xij. articulis fidei.

SEptio peccaui: quia duodeci articulos fidei firmit̄ n̄ credidi: nec cō de ꝛ ore ad iuſtitiā eos cōfeſſ⁹ fui: imo aliqn̄ circa ipſos ꝛ circa ſacra altari dubitaui ꝛ fidē viuā ꝛ iuſtam cū bōis opib⁹ ſic bon⁹ xpian⁹ nō hūi: nec ꝯ iudeos īfideles ꝛ hr̄ticos fidē meaꝫ oīno defendi: ꝛ predicaui: imo errātes ꝛ arguētes cōtra fidē libenter audiui.

¶ De. vij. ſacris eccleſie.

OCtauo peccaui q2 ſeptē ſacra eccl̄ie vt bon⁹ xpian⁹ p̄terij ꝛ neglexi. Prio q2 lꝫ ſim baptizat⁹: tn̄ diabolo ꝛ pōpis eius vt ꝓmiſi i baptiſmo: nō renūciaui: ꝛ lꝫ ſim ꝯfirmat⁹: tn̄ fidē xpi ac vitatē pp timorē mūdi loq̄ ꝛ p̄dicarī erubui ꝛ neglexi: ꝛ ordinē mr̄imonij nō honoraui nec cuſtodiui: ordies eccl̄iaſticoſ indigne recepi: ꝛ i peccato īdigne eos exercui: ꝛ pſonas i ſacris ordinib⁹ cōſtitutaſ pp deū nō honoraui pniaꝫ ꝓ meis pctīs ꝛ ieiunia orōnes ꝛ elemoſynas mihi iniūctas nō feci. oris ꝯfeſſionē corpis xpi cōionē facere ꝛ recipe neglexi: q̄lrcūq̧ ego in ſeptē ſacrīs peccaui dico meā c̄lpā: ꝛ rēddo me c̄lpabilē dō ꝛ vob.

¶ De. vij. ṽtutibꝰ theolo
gicalibꝰ ⁊ cardinalibus.

NOno peccaui omiſ-
ſione qꝛ tres virtuteſ
theologicales: ⁊ q̄ttuoꝛ cā
dialeſ ſuař neglexi. Jn me
ñ ē v̄a xp̄i fides cuꝫ bōis
opibꝰ. i me nō ē certa ſpes
ð futuris bōis celeſtibꝰ in
me nō ē charitaſ q̄ ſup oīa
diligit deꝰ: atq; vt meipſū
ſic meū ꝓximū nō dilexi. in
me nō ē pꝛudētia. qꝛ actuſ
meos: q̄d q̄ñ ⁊ q̄uō eos de
buiſſeꝫ agē nō feci. ⁊ iuxta
voluptatis deſideria actꝰ
meos incōſulte peregi. Jn
me nō eſt foꝛtitudo: qꝛ paſ
ſiōes iterioꝛeſ ⁊ exterioꝛeſ
virilr ꝓ xp̄o nō ſubiugaui
turpia ⁊ vecūdia agef nō
metui. Jn me nō ē tempe-
rātia qꝛ laboꝛes ieiunia ⁊
tribulationes ſuſtinere no
lui. i me nō eſt iuſticia: qꝛ a
malo nō declinaui ſꝫ bonū
q̄d tenebar facere neglexi
vnicuiq; q̄d ſuū erat iuſte
nō dedi ⁊ ꝑꝑ meas vtilita
tes bonū cōe ⁊ multoꝝ ſal
uationem neglexi. Quic-
quid ego ꝯtra ſeptē virtu-
tes peccaui dico meam cul
pā ⁊ reddo me culpabileꝫ.

¶ De ſeptē donis ſpūſſci.

DEcimo peccaui: qꝛ ſe
ptē dona ſpūſſcti nō
curaui: i me nō eſt ſapiētia
ad diuina ꝯtēplāda: i me nō
eſt itellectus ad nouiſſima
moꝛtis mee: ⁊ pēas iferni
⁊ diē iudicij ꝯſiderādū: in
me nō ē ꝯſiliū ad bonū eli
gēdū ⁊ malū repꝛobāduꝫ:
in me nō ē ſcia ad meipſuꝫ
⁊ facta mea cognoſcēduꝫ:
imo nō ē foꝛtitudo a tēta-
tōibꝰ ⁊ tribulatōibꝰ ac ma
lis cogitatōibꝰ reſiſtēdū. i
me nō ē pietas pauꝑibꝰ ⁊
afflictis coꝛde ⁊ ope cōpa
tiēdū: i me nō ē timoꝛ dei
ad malū fugiēdū ⁊ saluteꝫ
querēdū. q̄lr cūq; ego i his
peccaui dico meā culpam.

¶ De. xij. fructibꝰ ſpūſſci.

VNdecimo peccaui:
qꝛ duodeci fructꝰ ſpi
rituſſci ſciēter neglexi: i me
nō ē charitas nec gaudiuꝫ
ði ſuitio: nec pax cū ꝓximo:
nec patiētia i aduerſis: nec
lōganimitaſ i diuiſ ſuitijſ:
nec bōitas vite mee nec be
nignitas erga ꝓximū: nec
modeſtia i geſtu ⁊ hitu ac

opib⁹ meis nec manſuetu-
do i tribulatioib⁹ nec hũi-
litas in opib⁹: nec vitas in
verbis ⁊ locutioib⁹ nec cõ
tinentia ⁊ caſtitas in meis
afflictionib⁹: ſed grauiter
peccaui ꝯtra p̄dicta: ſicut
equ⁹ ⁊ mul⁹ in q̄bus nõ eſt
intellect⁹. de his oib⁹ ⁊ ſin
gulis dico meã culpam.

¶ De octo beatitudinib⁹.

Duodecio peccaui: qꝛ
ſm octo beatitudies
euãgelicas viuer̄: vt xpi ſer
u⁹ omiſi. Pꝛio pauptatem
volũtariã cũ ſpũali intẽtio
ne nõ habui. Scõo mitis
⁊ mãſuet⁹ in pſecutioib⁹ ⁊
iniurijs mihi illatis ñ exti
ti. Tertio pctã mea nõ de
fleui: nec cũ illa ꝯtritiõe q̄
debui ad hãc ꝯfeſſiõeȝ ac-
ceſſi. Quarto iuſte viuere
nõ ſtudui: ſȝ i pctis aſſuet⁹
fui: bñ facer̄: ieiunar̄: ⁊ oꝛa
re neglexi. Quito mihi mi
ſericoꝛs ⁊ alijs nõ fui ac bo
na eccl'iaſtica mihi ꝯmiſſa
paupib⁹ non diſpſi. Sexto
mũdo cõde q̄ ad deũ ⁊ ad
ꝓximũ p bõa exẽpla nõ vi
xi: ſȝ duplici aĩo in factis ⁊
v̄bis hypocrita extiti. Se
ptio pacific⁹ nõ fui: ſȝ pꝛo
pter ambitionẽ bñficioꝝ
⁊ honoꝝ diſcoꝛdias ꝯſemia
ui: ac ſciſmata feci. Octauo
qꝛ nõ pp xp̄ȝ pſecutiões ⁊
maledictiões hoium ſuſti-
nui: ſȝ qñ potui me vindi-
caui. Q̃ncũqȝ ⁊ q̄licercũqȝ
ego ifelix pctõꝛ peccaui ꝯ
octo btitudies ⁊ ꝯ oia p̄di
cta ⁊ ſingula: ⁊ ipoꝝ circũ
ſtãtias ſciẽter vel ignoꝛan
ter doꝛmiẽdo vel vigilan-
do: reddo me deo culpabi
lẽ: ⁊ dico meã culpã: ⁊ pe-
to a deo meo idulgentiã ⁊
a vobis pr̄e abſolutioneȝ
⁊ penitẽtiã ſalutarẽ. Peto
qȝ abſolui ab oib⁹ ſenten-
tijs excõicatiõis: ſi q̄s foꝛ-
ſitã icidi pticipãdo cum ex
cõicatis vl' al's ⁊ ab oibus
peccatis meis pp deũ. ideo
p̄coꝛ btiſſimã v̄ginẽ Ma-
riã: ſctõs apl'os dei petruȝ
⁊ paulũ ⁊ oẽs ſctõs ⁊ ſan
ctas dei: ⁊ te pr̄eȝ oꝛare ꝓ
me ad dñm ieſuȝ xp̄ȝ. vt p
cat mihi oia pctã mea: moꝛ
talia: criminalia ⁊ venia-
lia oblita ⁊ neglecta: ⁊ per
me ꝯfeſſa: ⁊ q̄ libẽter ꝯfite
rer ſi eoꝝ memoꝛiã hẽreȝ:

ꝛ q̄ a tp̄e quo icepi peccarꝛ vſq̄ȝ in p̄ſentē diē cogitaui dixi: ꝛ feci: ꝛ opa q̄ dbebā facē omiſi. Et ꝯferat mihi grāȝ vt i poſteꝝ cōſimilia peccata nō faciā ꝛ ꝯcedat mihi bonū finem vite mee ac pſeuerātiā i bōis opib⁹ ꝛ hāc aiāȝ meā ad celeſteȝ glīaȝ pducat: voſq̄ȝ patreȝ meū reqro ex pte dei oipotētis: ꝛ ſctōꝝ apl'oꝝ Petri: ꝛ Pauli: ꝛ ſctē romane eccl'ie: ꝛ clauiū auctoritate quatin⁹ me abſoluatis ab oib⁹ meis peccatis ꝛ delictis ꝯfeſſis: neglect] ꝛ oblitis: ꝛ a pctis meis mortalibus cōmiſſis ꝛ omiſſis: ꝛ venialib⁹: ꝛ q̄buſcūq̄ȝ alijs ðlictiȝ pctis: ꝛ a penis alijs inferni: ꝛ purgatorij q̄ pro his pctis merui. Itē ſi ſum excōicat⁹: interdictus: aut ſuſpēſus a iure vl' ab hoie: aut ſi fui: aut eſſem ſuſpenſus vel interdict⁹ aut ſi participaui ignorāter vel ſciēter excōicat]: ſupplico hūi l'r q̄tin⁹ dignemi me in foꝛa eccl'ie abſoluē: ꝛ pticipatōi fideliū xp̄ianoꝝ reſtituer. ¶ Sequit abſolutio. Finita cōfeſſiōe dicat ſacerdoȝ Miſereat tui. Poſtmodū imponat emēdā ſic dicēdo Meritū paſſionis dn̄i noſtri ieſu chriſti: merita ꝛ interceſſiōes btē Marie virginis ꝛ omnium ſanctorū: humilitas hui⁹ ꝯfeſſionis bonum propoſitum quod habetis: ꝛ bona que p dei gratiam facietis: ac mala que patienter ſuſtinueritis proſint vobis in remiſſionem peccatorum veſtroꝝ. Et hec vobis iniūgo in generali: pro ſpeciali tamen penitētia dicetis hec ꝛ hec ꝛc. Quo dicto petat ſi velit facere huiuſmodi penitentiam. Reſpōſione autē facta ꝙ ita libenter. Subinferat ſacerdoȝ abſolutionē i hac forma que melior eſt oīum aliaꝝ iuxta determinationē omnium doctorum: tam iuris canonici ꝙ ſacre theologie: quia oēs alie adiectiones que communiter addi cōſueuerūt: ſicut cōfeſſis cōtritis ꝛ oblitis: ꝛc. Potius diminuunt formā abſolutiōis. dicat igitur ſic: Domin⁹ no-

ſter ieſus xp̄s p vtutē ⁊ meritū ſue amariſſime paſſio-
nis te abſoluat. Et ego auctoritate ipſius ⁊ ſancte ma
tris eccľie mihi ĩ hac parte cōmiſſa te abſoluo a ſenten
tijs excōicatiōis minoris ſi q̃s ĩcidiſti pticipādo cum
excōicatis vel alias. Et reſtituo te ſacris ſācte matris
eccľie: ⁊ vnitati fideliū. Et eadem auctoritate te abſol
uo ab oib⁹ pctis tuis. In noie pr̄is ⁊ filij ⁊ ſpūs ſci. Am̄.
Si vō eēt pmari⁹ ſūmi pōtificis aut in aliqb⁹ ĩdulgen
tijs plenarijs: exp̄mat auctatē quā hʒ. Et ſilr caſus ĩ q̃
b⁹ hʒ abſoluere: queadmodū coīt habet ĩ formiſ abſo
lutionis q̃ ĩ hmōi ĩdulgētijs ɔfeſſorib⁹ dari ɔſueuerūt.
Verſus: q̄lis debeat eē ɔfeſſio. Dū tua pctā dicis ɔfeſ-
ſio ꝙ ſit ĩtegra: ɔſulo: ſit feſtina frequēs ⁊ amara. Pro
pria: diſcreta: lachrymoſa: moroſa: fidelis. Vera ſit ⁊
nūꝙ diuiſa: tibi manifeſtās. De ſcel⁹: nihil abſcōdēs hu
miliſqȝ fateri Quiſqs vbi p quos: quotiēs: cur: quō: qñ
Dic circa factum: cōmittere quod voluiſti.
¶ In his duob⁹ vltimis vſib⁹. ſ. Quiſqs vbi p q̃s ⁊c. tā
gūt circūſtātie pctōꝝ: q̄ ĩ ipſa ɔfeſſiōe explicari debēt.

¶ De quinqȝ ſenſibus verſus.

Aſt ſenſus vagor: hec dictio quinqȝ figurat.
Viſus ⁊ auditus: guſtus: tactus: olfactus.

¶ De ſeptem operibus miſericordie verſus.

Viſito: poto: cibo: redimo: tego: colligo: tumbo.

¶ De ſeptem peccatis mortalibus.

Dictio ſaligia: ſeptem mortalia ſignat.

S Superbia. ¶ Spēs ſuperbie quattuor.
A Auaritia. Pᵃ cū q̃s ſe exiſtiat hr̄e bonū a ſe: ñ a dō
L Luxuria. Secūda ſi bonū qđ habet a deo: credit
I Inuidia. ſe hr̄e ſuis meritis: ⁊ nō ex grā dei.
G Gula. Tertia qñ q̃s iactat ſe hr̄e bōa q̄ nō hʒ.
I Ira. Quarta quando quis ceteris deſpectis
A Accidia. vult ſingulariter videri.

¶ Superbie filie ſunt ſeptem.

Ambitio. Preſumptio. Ingratitudo. Curioſitas. Adulatio. Deriſio. Iudiciū temerariū. ¶ Inanis glie ſt. ix. Iactātia. Sigularitas aut pſumptio nouitatū. Immodeſtia i veſtitu. Hypocriſis. Pertinacia. Diſcordia. Cōtētio. Inobedientia. Sciſma. Infidelitas.

¶ Auaritie ſpecies tres.

Iniuſta acqſitio. Nimia retētio. Et nimius aut iordinat⁹ amor bonoꝝ tēporaliū. ¶ Auaritie filie ſunt ſeptē. Obduratio vel inhumanitas. Violētia vel rapacitas. Inquietudo. i. nimius appetitus lucri Fallacia. Periuriū. Fraus. Proditio. ¶ Luxurie ſpecies ſeptem: Fornicatio ſimplex. ſoluti cū ſoluta. Stuprū virginum. Raptus ꝯtra volūtatē vel ſui vel parentū Adulteriū cū cōiugatis. Inceſtus cū cōſanguineis. Sacrilegium: cum deo ſacratis. Et pctm̄ ꝯtra naturā: quod ſodomiticum dicitur. ¶ Luxurie filie octo.

Cecitas mētis. Precipitatio. Incōſideratio. Inconſtātia. Amor ſui. Odiū dei. Amor preſentis vite. Horror future beatitudinis. ¶ Inuidie filie quinqꝫ. Odiū exultatio in aduerſis. Triſtitia i pſperis pximi. Surſurratio. Detractio. ¶ Gule ſpecies quinqꝫ. Pria nimis comedere vl' bibere: aut ſepi⁹ q̄ opꝫ. Scd̄a nimis laute vel delicate comedere vl' bibē. Tertia nimis pcioſa cibaria q̄rere. Quarta nimis auide ſumere cibū vl' potū. Quita horā cibi debitā puenire. ¶ Gule filie ſex. Scurrilitas. Inepta letitia. Habetudo mētis. Multiloquiū. Immūditia. Ebrietas. ¶ Ire filie nouē ſūt. Indignatio. Murmuratio. Tumor mentis. Clamor. Contumelia. Maledictio. Blaſphemia. Rixa. Seditio. ¶ Species accidie quattuor.

Remiſſio. Tarditas. Ocioſitas. Trepiditas.

¶ Accidie filie ſex.

Malitia. Rācor. Puſillanimitas. Deſpatio. Torpor. Euagatio mētis. ¶ Septē ſūt ſacramēta. vñ vſus.
Abluo. Firmo Fateor. Nubit. Ordinor Ungor.
¶ Aliq̄ verſus de ſeptem ſacramentis.
Ordo coniugium fons confirmatio panis.
Unctio poſtrema: penitentia ſunt ſacramenta.
¶ Septē ſunt dona ſpiritusſancti. vnde verſus.
Ti. pi. ſci. for. cōſi. intellige ſapi. Id eſt. Timor pietas: ſcientia fortitudo: cōſilium intellectus: ſapientia.
¶ Septem ſunt virtutes.
Tres theologice. Fides. Spes. Charitas. Et q̄ttuor cardinales. Prudētia. Fortitudo. Tēperātia. Iuſtitia.
¶ Octo ſunt beatitudines. vnde verſus.
Sis pauper mitis lugēs iuſtus miſeranſq;.
Mundus pacificus pro perſequentibus ora.
¶ Nouē peccata aliena. vnde verſus.
Iuſſio: cōſilium: conſenſus: palpo: recurſus.
Participans: murus: non obſtans: non manifeſtans.
¶ Peccata clamantia in celum quinq;.
Clamitat in celum: vox ſanguinis ⁊ ſodomita.
Uox oppreſſorum: vidue: precium famulorum.
¶ Peccata muta vel ſodomitica.
Propria mollicies: extra ſpeciem ſiue ſexum.
Extra vas debitum modus aut indebitus iſtis.
Contra naturam iungas ſunt hec ſodomorum.
¶ Peccata in ſpiritum ſanctum.
Inuidus. Impugnans: deſperans. Impenitenſq;:
Preſumens obſtans. hec ſunt mortalia flatus.
¶ Decē p̄cepta legis. Unū crede deū: nec iures vane p̄ iþm. Sabbata ſanctifices: habeas in honore parētes.
Nō ſis occiſor: fur: mech⁹: teſtis iniqu⁹. Alteri⁹ nuptā nec rem cupias alienā. ¶ Duodecim articuli fidei.
Naſcitur: abluitur: patitur: deſcendit ad yma.

Surgit ⁊ aſcendit:venit diſcernere cuncta.

¶ Aliter diſtinguuntur articuli fidei.

| | |
|---|---|
| Petrus | Credo in deum patrem omnipoteutem creatorem celi ⁊ terre. |
| Andreas | Et in ieſum chriſtuꝫ filium eius vnicum dominum noſtrum. |
| Jacobus | Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto: natus ex Maria virgine. |
| Joannes | Paſſus ſub põtio pilato:crucifixꝰmortuꝰ ⁊ ſepultꝰ. |
| Philippus | Deſcẽdit ad inferna. |
| Thomas | Tertia die reſurrexit a mortuis. |
| Bartholomeꝰ | Aſcẽdit ad celos: ſedet ad dexterã dei patris omnipotentis. |
| Mattheus | Inde vẽturꝰẽ iudicarẽ viuos ⁊ mortuoſ. |
| Jacobꝰminor | Credo in ſpm̃ ſcm̃: ſctãꝫ eccliãꝫ catholicam ſanctorum cõmunionem. |
| Symon | Remiſſionem peccatorum. |
| Judas | Carnis reſurrectionem. |
| Matthias | Et vitam eternam. Amen. |

¶ Conditiones aggrauantes peccata.

Aggrauat Ordo. Locus. Perſona. Sciẽtia. Tẽpus. Etas. Conditio. Numerus. Mora. Copia. Cauſa.

¶ Caſus papales cõtinentur his verſibus.

Omnis deuote debet veniam rogitare.
A papa feriens clerum:falſarius:vrens.
Eccleſiam:ſymon:audens:celebrare ligatus.
Juſſum prelati volens exire ligatus.
Sacra vi rapiens:interfectorqꝫ parentis.

¶ Caſus epiſcopales.

Inceſtum faciens:deflorans aut homicida.
Sacrilegus:patrum percuſſor:vel ſodomita.
Tranſgreſſor voti:periurus ſacrileguſqꝫ.
Et mentita fides:faciens incendia:prolis.

Oppreſſor. blaſphem⁹: hereticus omnis adulter.
Pontificem ſuper hiſ ſemper deuotus adibis.

¶ Alia breuis ⁊ fructifera peccatoris ad deū cōfeſſio qñ nō pt hēri copia cōfeſſoris. Et etiā pt dici ante cōfeſſionē pro contritione impetranda.

Deus ineſtimabilis ⁊ eterne mīe. ds pietatis imēſe: de⁹ ꝯditor ⁊ reparator hūani gn̄is: q̄ ꝯfitentiū tibi corda purificas: q̄ accuſantes ſe añ ꝯſpectuꝫ diuine clementie tue ab oī vinculo iniq̄tatiſ abſoluiſ: ꝟtutē tuā ⁊ bonitatis tue abyſſum totiſ ex oro gemitibus: vt ſm multitudineꝫ miſerationū tuaꝝ de oīb⁹ pctīs meis q̄b⁹ me accuſat mea rea ꝯſciētia purā mihi corā te ꝯcedaſ ager̄ confeſſionē. Ueráq3 ex his oīb⁹ tribuaſ penitētiā q̄cūq3 peccaui in cogitatōib⁹ peſſimis in cogitationib⁹ prauis: in ꝯſenſu malo: i ꝯſilio iniquo: i cōcupiſcētia: i delectatiōe immūda: in verbis malis ⁊ odioſis: in factis malicioſis: i viſu auditu: guſtu olfactu ⁊ tactu. Ego quippe i oīb⁹. Etiaꝫ mēbris meis me reū itelligo ſupra menſurā: qꝛ ſicut aſtra celi atq3 arēa mariſ: ita innumerabilia mea cognoſco delicta. Sed tibi dn̄e oīum occultoꝝ cognitori q̄ dixiſti: pniaꝫ te malle pctōꝝ: oīa cordiſ mei reuelo archana. accuſanſ nequitias. ⁊ pctā mea multa nimis ⁊ magna valde que geſſi corā tremende maieſtatis tue ocul̄. In oī vita mea miſa p̄cipue hec. N. ⁊ hec. N. Hic denoīa pctā grauiora cū vniuerſis malis meis ſicut in conſpectu tuo o dn̄e miſicordie nota ſunt ⁊ apta. Et nūc de⁹ pijſſime reſpice i me ⁊ miſerere mei: fontemq3 lachrymarū mihi ⁊ remiſſionem oīum pctōꝝ gratuita tua miſeratione tribue intima id cordis ꝯfeſſione ac affectiōe poſcenti. Renoua ⁊ innoua in me pijſſime p̄r quicq̄d dicto facto cogitatu ꝓpria malitia diabolicane fraude viciatum eſt. Et

vnitati ecclie ſociādo mem-
brū tue me redēptionis an-
necte: ꝛ nō habētez fiduciā
niſi in tua miſericordia ad
ſacramentum beate reconci
liationis admitte. Amen.

¶ Sequitur cōfeſſio deuo
tiſſima ſancti Bernardi ab
batis ante vel poſt cōfeſſio
nem dicenda.

IN vnione doloris tui
qui cām doloris mei
aſſūpſiſti: ꝛ emēdationē pro
pctis meis ſuſcepiſti dñe ie-
ſu xpe cū vniuerſitate dolen
tiū ꝛ vere penitētiū: ꝛ te i ve
ritate querentiū ꝯfiteor tibi
oia peccata mea mala com
miſſa: ꝛ bona omiſſa vl nō
pure aut negligēter facta ſi
cut tu ea noſti i numero pon
dere ꝛ mēſura. ꝛ dies perdi
tos vite mee in quibꝰ te offē
di ꝛ laudē tuā minui: ꝛ a te
ſūmo bono cecidi: ꝛ ꝓximū
in caſum traxi. Suſcipe er-
go dñe de mea miſera vita
reſiduū annoꝝ meoꝝ. pro
his vero quos viuēdo pdi
di: qꝛ pdite ſūt. cor ꝯtritū
ꝛ hūiliatū deꝰ nō deſpicias
Dies mei declinauerūt ꝛ pe
rierūt ſine fructu. Impoſſi-
le eſt eni vt reuocē eos: ſed
illos i amaritudie aie mee:
dñe abyſſus ꝓfūdiſſime mi
ſerie mee abyſſum inuocat al
tiſſime miſicordie tue. Ne
ꝯtineas in ira miſerationes
tuas ꝛ fontē inexhauſte mi
ſericordie tue circa me exci
tari nō pmittas ꝓpter pctā
mea qui miſereris oiū: ꝛ ni
hil odiſti eoꝝ q̄ feciſti diſſi-
mulās pctā hoim propter
penitētiā. Tuū ē dñe remit
tere pctā: miſerere mei iam
tps eſt grē ꝛ miſerationis: ꝛ
diū tps ē emēdatōis: da me
reri gloriā bñdictionis ne in
die ꝯſumatiōis me feriat v̄-
buz maledictionis. Fac me
queſo dñe aſſueta mala re-
liquere: ꝛ tibi placita opera
agere: ꝛ ſtudiū qđ huc uſqꝫ
in pctis exercui te adiuuāte
deinceps i tua volūtate exer
ceam: vt vbi abundauit deli
ctū: tua grā reabūdet. Ero
go te ꝓpter temetipſum ꝛ p
amorē piiſſime mrīs tue glo
rioſe v̄ginis Marie: ꝛ p in
terceſſionē oiū ſcōꝝ tuoꝝ
atqꝫ electarū tuaꝝ vt igno-
ſcas oibus pctis negligētijs
ꝛ ignorātijs mei: ꝛ ne pdas

me cuꝫ iniqtatib⁹ meis neqꝫ in finē irat⁹ reſerues mala mea. Recordar̄ dñe ieſu: q2 tuū nō ē ꝑdere quicꝙ̄ ex eo qd̄ pr̄ tuus dedit tibi. ſꝫ tuū eſt ꝓpriū miſeri ſemꝑ ⁊ parcere: neminē perdere ſed ſaluare. q2 pater tu⁹ miſit te in mūdū nō vt iudices mūdū: ſed vt vitā habeam⁹ ꝑ te: vt ſis ꝓ nobis: non cōtra nos. Qd̄ enim debuim⁹: tu ſolui ſti: qd̄ peccauimus: tu luiſti: qd̄ neglexímus: tu ſuppleſti. Proficiat ergo dñe nūc ⁊ ī extremis meis plenaria: immo ſuperflua ſatiſſactio tua amara mors tua: ⁊ p̄ciū fuſi ſanguinis tui renouatio ſatiſſactionis tue venerabile myſteriū corporis ⁊ ſanguinis tui: qd̄ tibi quottidie offert in eccl'ia ꝓ ſalute fideliū in quo es tuipſe ſacerdos ⁊ ſacrificiū: ille q̄ offert: ⁊ ille cui offert: ⁊ h̄ qd̄ offert ad ꝓmerendū in p̄ſenti gratiā: quā nō merui. Ad obtinendū in futuro requiē ⁊ gl'iaꝫ: tua pia paſſio īperauit. Jm perfectū meū dñe viderunt oculi tui. Sed tu pie de⁹ ne imputeſ mihi ad eternū ſupplíciū: q2 oīa ad ſummū ⁊ ꝑfectū bonū optime ⁊ pfectiſſime preordinaſti. Et ne permittas me deleri de libro vite. Sed offer mihi portionē que me ꝯtigit in ſubſidiū tue videlicet precioſe paſſionis cū qua hoīem voluiſti habere tibi coheredē in terra viuentiū. Te igit̄ dñe moueat ⁊ inclinet ad miſericordiam humane fragilitatis cōſideratio: q̄ noſti q̄ ſit hoīs ſubſtantia: ⁊ qd̄ nō vane ꝯſtitueriſ hoīeꝫ ſuꝑ terrā: ⁊ ꝯſerua in me opus tue pietatis. Ne incaſſum circa me laboraueris: ⁊ ne īfructuoſa ſit in me īmaculati cruoris tui effuſio Tu enim qui es purificatio nē faciēs peccatoꝝ: ꝑſta: vt emēdat⁹ a peccatoꝝ ſordibus ⁊ illuminat⁹ acie mētis cognoſcā te: teqꝫ agnoſcēs ī directiōe cordis mei iugiter ad te tēdā: vt felici exitu ad te merear ꝑuenire ieſu xp̄e. Qui cuꝫ deo pr̄e in vnitate ſpūs ſancti viuis ⁊ regnas: ꝑ oīa ſecula ſeculoꝝ. Amē.

¶ Alia cōfeſſio deuota cū gratiarū actione poſt cōfeſſionem dicenda: vel aliunde

quando placuerit.

CONfiteor tibi dñe rex ꝛ collaudabo te deū ſaluatorē meū. Cõfiteor nomini tuo magno qm̄ adiutor ꝛ ꝓtector fact⁹ es mihi: ꝛ liberaſti corp⁹ ꝛ aiaꝫ meā a ꝑditiõe. Cõfiteor ēt tibi ꝛ btē Marie ſctõq; Joāni baptiſte: ꝛ angelo mihi ad cuſtodiā deputato. Et ſanctis quoꝝ reliq̄e i loco p̄ſenti habentur: ꝛ oibus electis tuis oia q̄ cõmiſi vel omiſi ꝑ ſupbiā: negligētiā: infirmitate: ſuggeſtione: delectatiõe: cõſenſu: cogitatione: locutiõe: ꝛ ope: ꝛ q̄buſcunq; aliȷ̄s modis offēdi. Pꝛofiteor me erraſſe: deliq̄ſſe: ꝛ peccaſſe vltra oēs pctõꝛes. Quāobꝛē obſecro imenſitatē clementie ac pietatis tue. vt omnia pctā mea mihi dimittas ꝛ n̄ permittas me ampli⁹ aliq̄d cõtra te cõmittere aut tētari ſupꝛa virtutem meam. ſed cõcede ꝑ gratiā tuā vt oēs aduerſitates ꝛ ꝓſperitates mihi vertantur i ꝓbationeꝫ ꝛ ſalutem. benedico te deus celi ꝛ terre: gloꝛifico ꝛ exalto nomē tuū: laudo ꝛ btificoco: honoꝛifico magnificētiā tuā: adoꝛo veneroꝛ ꝛ ſanctifico maieſtatē tuā: virtuteꝫ: diuinitatē: ꝛ ſapiētiā foꝛtitudinē honoꝛē ꝛ gloꝛiā: ac benedictioneꝫ offero trinitati vnitatis tue. Jteꝝ atq; iteꝝ de⁹ meus grās ago potētie tue ꝓ eo q̄ feciſti celū ꝛ terraꝫ: mare ꝛ oia q̄ in eis ſunt Et qꝛ miſiſti ad redēptionē nr̄am vnicū filiū tuū ꝛ ad remiſſionē peccatoꝝ ꝛ collationē donoꝝ ꝑ eundeꝫ ſpm̄ ſcm̄ tuū. Deniq; pꝛo vniuerſa ecclia catholica. ꝛ ſcriptu ris ſcis ꝛ cūctis oꝛdinib⁹ ꝛ ſacramētis eccliaſticis ꝛ ꝓ oi pplo xp̄iano ꝛ cūctis que eueniūt eis. Tādē ꝓ meip̄o ꝓ eo q̄ man⁹ tue plaſmauerūt me ad tuā dignitatē ꝛ ſimilitudinē: ꝛ qꝛ baptiꝫatus ac confirmatus litteris traditus religioni mancipat⁹. Et quia ſola miſeratione pietatis tue ꝛ cura ſollicitudinis viuo: licet indignus ꝛ ingratus. Tandem ſupplico clementie tue vt ſim potēs ꝛ libēs abbominari ꝛ ſuperare ſupbiā: auaritiā: caſtrimargiā: irā: luxuriā: acci

diã:gulã:ꝛ vanã gl'iam:ꝛ ce tera oia vitia ac ↄ̃ſideria cã nalia:oẽſq; tẽtatiões:cũcta ſpernere inutilia: cauere no cua:ſuſtiñ aduerſa: ꝓſequi ſalubꝛia:meditari ſpiritalia cõpꝛebẽdere celeſtia. Sim inſuper deus meuꝫ iuxta di ctũ tuũ paup ſpũ: mitis lu gens:eſuriens:ꝛ ſitiẽs iuſti ciã miſericoꝛꝫ pacificus mũ duꝫ cõde pſecutionẽ patiẽs pp iuſticiã:prudẽꝫ vt ſerpẽꝫ ſimplex vt colũba. Poſtre mo obſecro m͞ie tue imẽſita tem vt requieſcat ſuper me ſpiritus ſapientie: ꝛ intelle ctus conſilij ꝛ foꝛtitudinis ſcientie ꝛ pietatis:ꝛ ſpirituꝫ letiſſimi timoꝛis tue gratie ꝛ vitatis:fidei ſpei ꝛ chari tatis:pꝛudẽtie:tẽpantie:foꝛ titudĩs:atq; iuſticie. habeã etiaꝫ ex abũdanti largitatiꝫ tue dono grãꝫ verboꝝ cogi tationũ ꝛ operũ bonoꝝ ſo bꝛietatẽ:ꝛ diſcretionẽ: caſti tatẽ ꝛ ꝯſtãtiã mẽtiꝫ ꝛ coꝛpo ris:pfectã patientiã: ꝛ in oĩ ſanctitate ſine adinuẽtione alicui⁹ vſq; in finẽ perſeuerã tẽ volũtatẽ ꝛ virtutẽ i lege tua:ꝛ in opib⁹ mãdatorum

tuoꝝ. Diſpone ẽt i meviſũ: auditũ:odoꝛatũ:guſtũ: loq̃ laꝫ:tactum : iceſſum:renes: ꝛ oĩa mẽbꝛa coꝛpoꝛiꝫ ꝛ affe ctus aie:ꝛ viſus eoꝛuꝫ. Fac me ita regere vt in oib⁹ tibi placeã:ꝛ te gloꝛificẽ ſemp ꝛ vbiq;:ꝛ a te habeã angeluꝫ ad cuſtodiẽduꝫ:docendũ ꝛ adiuuãdũ me in oĩbus. Nã ego pono coꝛp⁹ ꝛ aĩaꝫ meã: ꝛ totã vitã in tua diſpoſitio ne:ꝛ cuſtodia. Si vero eſt i his que poſtulo aliquid mi nus tibi placens:tu oia diri gas iuxta paternitatẽ tuaꝫ dulciſſimã: ꝛ facias. hoc ſo lum ſingulariter ꝛ anxie cle mentiã tuã depꝛecoꝛ: vt me veraciter ſeruire facias to to coꝛde ꝛ toto coꝛpe:oĩb⁹ dieb⁹ vite mee : ac in oĩbus adimplere volũtatẽ tuã ꝛ p uenire ad cõſummationem perfectaꝫ: finẽ ſanctũ ꝛ gau dium ſempiternũ. Neq; in iuſtificationibus meis ꝓſter no pꝛeces meas ante facieꝫ tuam:ſed in miſerationibus tuis multis ꝛ immenſis:per dominũ noſtrũ ieſum xpm: ac merita ꝛ itercẽſſiões glo rioſe ṽginis Marie:ꝛ bea

ti angeli tutoris mei. Joan-
nis baptiſte: beatoꝝ pſiar-
charũ ꝓphetaꝝ: apłoꝝ euã
geliſtaꝝ: martyrũ: ꝯfeſſorũ:
virginũ ꝯtinẽtiũ ⁊ oĩuz ele-
ctoꝝ tuoꝝ q̃ tibi placuerũt
ab initio mũdi: quoꝝ imita
tor eẽ deſidero ver⁹ ⁊ cohe
res legitim⁹: fidelis ſeruuſ ⁊
prudẽs: ac filius tu⁹ deuot⁹.
In fine te dulciſſime pr̃ prin
cipaliter obſecro pro xpia-
nis pctõrib⁹ in q̃bus ꝓpter
pctã ſua nõ habitas: vt ſup
bos ⁊ inobediẽteſ ad humi
litatez: iraſcẽtes ⁊ odioſos
⁊ detrahẽtes: ⁊ murmuran
tes ad lenitatẽ reuoces: pu
ſillanimes: negligẽtes ⁊ te-
pidos p ꝯſtantiaz robores:
auaroſ: vſurarioſ: ãbitioſoſ
ad amorẽ diuitiaꝝ ſpũaliuz
accẽdas: latrões: raptores:
⁊ obſtinatos ad ſatiſfactio
nẽ cõpellas: mendaces: piu
ros: ⁊ male iudicantes ad
agnitionẽ tuã ⁊ dilectionez
trahas: guloſos: ebrioſoſ: ⁊
ꝓdigoſ ad parſimoniã coer
ceas: inuerecundos: ipuden
tes ⁊ vanilo quos ad hone
ſtatis normã reducas: luxu
rioſos: ipuros: ⁊ turpes ca-
ſtifices ⁊ dealbes: verboſoſ
ſilentiũ doceas: ⁊ cũctis in
corpore. ſiue extra corpuſ vi
uẽtib⁹: q̃ nobis ꝯſanguinita
te: familiaritate vel aliter
iũcti ſunt: ⁊ qui ſe nobis cõ-
fitendo vel rogando cõmẽ
dauerunt: necnon quoquo
modo ſuſcepimus: ⁊ quibuſ
cũqꝫ tenemur viuis vel de-
functis vt optatã eis idulgẽ
tiã oium delictoꝝ ſuoꝝ mi
ſericorditer largiri digneriſ: ⁊
⁊ ad requiẽ benignus per-
ducere ſempiternã per ſal-
uatorem noſtrnm filium tu
um in ſpiritu ſancto amen.

¶ Sequuntur nunc oratio
nes multũ deuote ante ſan-
ctam cõmunionem dicẽde.

O Dulciſſime atqꝫ amã-
tiſſime dñe ieſu chriſte
quẽ nũc deuote deſidero ſu
ſcipere. Tu ſcis infirmitatẽ
meã ⁊ neceſſitatẽ quã pati-
or: in q̃tis malis ⁊ vitijs ia
ceo: q̃ ſepe ſum grauat⁹: tẽ-
tatus: turbatus: ⁊ inq̃nat⁹.
Pro remedio ad te venio:
ꝓ ꝯſolatiõe ⁊ ſubleuamine
te deprcor: ad oia ſciẽtẽ loq̃r
cui manifeſta ſunt oia inte-
riora mea: ⁊ qui ſoluſ poteſ

me pfecte ꝛ ꝯſolari ꝛ adiu-
uare. Tu ſcis qꝺ bōis idi-
geo pre oib⁹: ꝛ ꝙ aup ſum
in virtutib⁹. Ecce ſto ante
te grāz poſtulās ꝛ miſericoꝛ
diā. Refice eſurientem men
dicū tuum: accende frigidi-
tatē meā igne amoꝛis tui: il
lumina cecitatem claritate
pſentie tue. Uerte mihi oia
terrena in amaritudinē: oia
grauia ꝛ ꝯtraria i patiētiā.
Erige coꝛ meū ad te i celū:
ꝛ nō dimittas me vagari ſu
per terrā. Tu ſoluſ mihi ex
hoc dulceſcas vſqꝫ i ſeculū:
qꝛ tu ſol⁹ cib⁹ ꝛ pot⁹ meus:
amoꝛ me⁹: ꝛ gaudiū meum:
dulcedo mea. Utinā me to-
taliter ex tua pꝛeſentia accē
das: ꝛ cōburas: ꝛ in te trāſ
mutes: vt vnus tecū efficiar
ſpūs per grām interne vnio
nis: ꝛ liquefactionem ardē-
tis amoꝛis. Ne patiaris me
ieiuniū ꝛ aridū a te recederē
ſed opare mecum miſericoꝛ
diter: ſicut ſepius operatus
es cum ſanctis tuis mirabi-
liter. Quid mirū ſi tot⁹ ex te
igneſcerē: ꝛ in meipo defice
rem: cū tu ſis ſemp ardenſ ꝛ
nūꝙ deficiēs. Amoꝛ coꝛda
purificans: ꝛ intellectum il-
luminās. Amē. ¶ Itē alia
oꝛatio ante ſanctā cōionez.

O Fons totiuſ miſericoꝛ
die q̄ nunꝙ manare
ceſſaſ. Ueni hodie ꝛ tribue
aīe egrote carnem tuā deuo
te ſumere: ꝛ pcioſum ſangui
nem tuū libere. Nō quia iu
ſtus ſum ſꝫ peccatoꝛ: qꝛ non
eſt opus ſanis medicus ſed
male hñtibus. O vera cha
ritas i q̄ eſt eterna felicitas.
O ſpes vnica aīe mee aufer
a me iniqtateſ meaſ vt pura
mēte merear intrare ad ſan
cta ſanctoꝛuꝫ. Te expectat
coꝛ meū: imple deſideriū qꝺ
in me miſiſti vt ipſe voluiſti.
Tuus ſum ego xpe noli me
derelinquere alieno. Dexte-
ra tua ſemp me pꝛeueniat: ꝛ
ab oi malo defēdat. O dñe
veni cui ego miſerrim⁹ pec-
caui: obliuiſcere pctā mea:
pꝛo quib⁹ effudiſti ſanguinē
tuū. Ueni dulciſſime deus:
da mihi cibū ſalutis eterne.
Ueni hoſtia imaculata: libe
ra me a moꝛte eterna. Ueni
infirmoꝝ medic⁹, veni ieiu-
nātiū cibus. Ueni dñe viſi-
ta domū iſtā nomini tuo de

dicatam. Et ecce venio ad te: quem toto corde deſidero. ad quē tota mētis itētione aſpiro: quē totis viſceribus amplector: cui⁹ corp⁹ ⁊ ſanguinem accipere cupio: vt ſemper in me maneas: ⁊ in euum nō me dimittas: o dulciſſime pater Amen.

¶ Alia oīo aň ſcāз cōionē.

Ave ſciſſima caro xpī ⁊ ſanguis. Aue ſumma dulcedo: que detrimētū neſcis: faſtidiū tollis: mortē necas: vitā eternaз preſtas. Aue btā refectio. q̄ electos tuos de mūdi hui⁹ exilio ducis ad patriā. Aue felix hoſtia: q̄ in crucis ara deo prī noſtro pro nr̄oꝝ pōderē peccatoꝝ es oblata. Aue māna niue cādidi⁹: melle dulci⁹ oī auro p̄cioſi⁹. Aufer obſecro paſtor bone a me iniquitates vt purificato corpore ⁊ ſpū merear deguſtare ſctā ſanctoꝝ. Sitq̄з mihi hoc venerabile ſacramētū ꝯtra hoſtiles inſidias inexpugnabile p̄ſidiū: vt hoc ſalutari viatico refectus lubricas huius vite vias immaculato calle trāſire: ⁊ ad te panem viuū ⁊ verꝫ angeloꝝ dn̄з ſine impedimento diabolice fraudis valeā puenire. Exaudi me: placare dn̄e attēde: ⁊ fac ne moreris ꝑ temetipз de⁹ me⁹. q2 nemo tāti miſterij poterit eē dign⁹ niſi tu op̄s ſuſcipiētē feceris eē dignū. Amē

¶ Itē alia oratio ante ſanctam cōmunionem.

Ad menſaз dulciſſimi tui ꝯuiuij pie dn̄e ieſu xp̄e ego pctōr de proprijs meritis nil preſumēs: ſed de tua cōfidens miſericordia ⁊ bonitate accedere vereor ⁊ cōtremiſco. Nā cor ⁊ corp⁹ habeo multis criminib⁹ maculatū. Mentē ⁊ linguā nō caute cuſtoditā. Ergo o pia deitas: o tremēda maieſtas. ego miſer inter anguſtias deprehenſus ad te fontē miſericordie recurro: ad te feſtino ſanandus: ſub tuā protectionē fugio: ⁊ quē iudicem ſuſtinere nequeo ſaluatorē habere ſuſpiro. tibi dn̄e plagas meas oſtendo: tibi verecundiā meam detego. Scio pctā mea multa ⁊ magna ꝓ quibus timeo. Spero miſericordias tuas quarū nō eſt

numerus. Reſpice ꝙ in me oculis miſericordie tue pie dñe ieſu xp̄e rex eterne deus hō crucifixus pp hoiez. Exaudi me ſperātē in te ⁊ miſerere mei plēo miſerijs ⁊ peccatis. Tu qui fōtē miſatio nis nunꝙ manare ceſſabis. Salue ſalutaris victima ꝓ me ⁊ oī humano genere in patibulo cruci oblata. Salue nobilis ⁊ precioſiſſime ſanguis de vulneribus crucifixi dñi ieſu xp̄i ꝓfluēs ⁊ pctā toti⁹ mūdi abluens. Recordare domie creature tue quā tuo ſacro ſanguine redemiſti. penitet me peccaſſe. cupio emendare quod feci. Aufer ergo a me clementiſſime pater oēs iniquitates ⁊ pctā vt purificat⁹ mēte ⁊ corpore digne deguſtar merear ſctā ſctōꝝ: ⁊ cōcede vt ſctā p̄libatio corpis ⁊ ſanguinis tui: quā ego idignus ſumere intendo. ſit pctōꝝ meoꝝ remiſſio: ſit delictoꝝ pfecta purgatio: ſit turpiuz cogitationū effugatio: bonorūqꝫ ſenſuū regeneratio: opūqꝫ tibi placētiū ſalubris effectio. aie quoqꝫ ⁊ corporis cōtra inimicoꝝ inſidias firmiſſima tuitio. Amen.

¶ Item alia oratio.

Domine ieſu xp̄e pater miſericordiſſime: rogo corde toto vt oia peccata mea dimittas: in vita p̄ſenti penā ꝓ eis infligas: ne aliq̄ penā ad purgatoriū reſues. O de⁹ imēſe pietatis. cuius fortitudo eſt ifinita. qꝛ ſine te pctis reſiſtere non valeo: ꝯforta me in tm̄ ꝙ pcm̄ mortale amplius nūꝙ cōmittā: omnēqꝫ diaboli tētationez ammodo vincā: vitā: cogitationes: v̄ba ⁊ opa oio ad te dirigā: ac me ī fine vite mee cuſtodias ne diabol⁹ mihi terrorē iferat ⁊ ſic in deſperationē iducat. O fons emanans charitate fac mentem meā liberā ab oī creatura q̄ poſſit eā ſibi attrahere. ⁊ a tua dilectione īpedire: vt in tuo amore ꝓficiā: nunc vero. ⁊ ī fine vite mee digne te ſumam. ⁊ ſic animam meaz ſaculo corporis exutā perduc ad patris eterni palaciū: ad videnduz clare ſancte trinitatis ſpeculum. Amen.

ſionẽ oĩum ſcoꝝ tuoꝝ in
extremis meis libera me
vt moriar beatus in te.

Peccatoꝛ ⁊ iniqu⁹: miſer ⁊ flagitioſus ꝓ vltia hoꝛa moꝛtis: te rogo exaudi me dñe: vt ī extrēis laboranti ſuccurrere digneris: te rogo exaudi me dñe.

Ut aīaȝ meā de hoc mūdo migranteȝ ad locū quietis ⁊ gaudꝫ per angelos tuos deduci iubeas. Te rogo exaudi me dñe.

Fili dei i extremis meis parce peccatis meis: ⁊ miſerere mei.

Agne dei qui tollis peccata mundi: in extremis meis ſuccurr̄ mihi ⁊ miſer̄ mei

Xp̄e audi nos. Kyrieeleiſō. Xp̄eeleiſon. Kyrieeleiſon. Pater nr̄. Ne reminiſcaris dñe delicta mea vel parētū meoꝛum: neqꝫ vindictam ſumas de peccatis meis: ⁊ in extremis meis non ſinas intereſſe ⁊ i me pꝛeualere diabolū: aut nouiſſima mea deterrere ptātes tenebꝛarum. Sȝ p̄ſta ꝑ itercessionē oīuȝ ſcōꝝ tuoꝝ vt tuo āgelo pꝛeſente tranſitus meuſ de hoc ſeculo ſpe firma regat: fide catholica muniat: ac tot⁹ ipſius anime exituſ i te ⁊ ſ̄ȝ te fiat ne ſe itermiſcere audeat angelus malus: aut locum inuadēdi hēat tetra cohoꝛſ ⁊ maligna diaboli. In man⁹ tuas ⁊ miſericoꝛdiam tuam dñe deus pius creatoꝛ me⁹: ⁊ redēptoꝛ ⁊ liberatoꝛ me⁹. Pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanct⁹ cōmēdo aiaȝ ⁊ coꝛpus meū ſenſus meos ⁊ intellectum meum memoꝛiam ⁊ fidem meaȝ: ſpem ⁊ pſeuerentiam meā: viſum: auditū: guſtum: odoꝛatū: ⁊ tactū: ⁊ oēſ cogitationes: locutiones: actiones: oēs neceſſitates meaſ. oiaqꝫ interioꝛa ⁊ exterioꝛa mea in aīa ⁊ i coꝛpoꝛe: in vita ⁊ in moꝛte: ⁊ in hoꝛa vltime neceſſitatis mee. Diſpone ea de⁹ meus ſm voluntatem ⁊ pietatē tuā. meāqꝫ neceſſitatem ⁊ ſaluteȝ: ⁊ pduc me ꝓpter honoꝛeȝ nois tui cum fidelibus tuiſ ad beatā eternam requiem. Amen.

¶ Dignare me hodie ⁊ q̄tidie cuſtodire ⁊ regere: ⁊ ā oī pctō ꝯſeruar̄. Et in hoꝛa exit⁹ mei dignare mihi ſuccurrere: vt nullus demoniorum voce ſeu vultu hoꝛribili me terreat: neqꝫ i me ꝑua

beat. ſed ſancti angeli tui me ſuſcipiāt: ⁊ ibi me collocēt: vbi eterna tua viſione ſatia ri merear: da mihi dn̄e i ho- ra exit⁹ mei fidē rectam: ſpē firmam: charitatem ꝑfectā: bonum ſenſuꝫ: confeſſioneꝫ puram cuꝫ vera penitentia: perceptioneꝫ ſacri corporiſ tui: ⁊ vnctionem ſancti olei: cum recta fide ⁊ ſancta ſpe. Jube me dn̄e illeſum p̄ſenta ri: ⁊ cum venero ante te no li mihi eſſe terribilis: ſꝫ oſtē de mihi vultum tuum mitē ⁊ placabilem: ⁊ iube me in- ter ſanctos ⁊ electoſ tuoſ re ſuſcitari: ⁊ cū eis perenniter gaudere. Per dominum.

¶ Legitur in vita ſcī Ber nardi abbatis. Clareuall. ꝙ demon ſibi ſemel apparuit: dicens ſe ſcire octo verſus in pſalterio: quos qui quoti die diceret tanti meriti ac- quireret ac ſi totum pſalte- rium dauid cum decantaſ- ſet. Et cum beatus Bernar dus inſtaret vt ſibi eoſdem verſus oſtēderet: Jlle vero hoc facere recuſare. Tunc beatus Bernardus. Scio inquit quid faciā. nam quo- tidie legam totū pſalterium deinceps: ſicq; p̄dictos ver- ſus nō omittam. Quod cū audiſſet demō: ne tm̄ bonū faceret: potius ſibi hos ver ſus oſtendit: Sunt autem hi qui ſequuntur.

Jllumīa oculos meos ne vnq̄ obdormiam in morte: ne qn̄ dicat inimicus meus preualui aduerſuſ eū. Jn manus tuaſ commendo ſpiritum meū: redemiſti me domine deus veritatis. Lo- cutus ſuꝫ in lingua mea: no- tum fac mihi domine finem meū. Et numeꝝ dierū meo- rum quis eſt: vt ſciam quid deſit mihi. Fac mecuꝫ ſignū in bono: vt vedeant qui te oderunt ⁊ confundant: qm̄ tu dn̄e adiuuiſti me ⁊ ꝯſola- tus eſ me. Dirupiſti domine vicula mea: tibi ſacrificabo hoſtiam laudis ⁊ nomē dn̄i inuocabo. Periȷ̄t fuga a me ⁊ nō eſt q̄ reqrat aīam meā. Clamaui ad te: dn̄e: dixi, tu es ſpes mea: portio mea in terra viuentium.

¶ Oratio dicenda poſt hos verſus.

O Mnipotēs eterne dś:

q̄ Ezechie regi iude te cū lachrymis humil'r depcāti vite ſpaciū ꝓtēdiſti: ꝯcede mihi indigno famulo tuo ante diē mortis mee tm̄ vite ſpaciū quo ad mēſuram: vt oīa pctā mea valeā deplorare ⁊ veniā ac grāz ſ꜃ mīaꝫ tuam ꝯſeq̄ merear. Per xp̄m dn̄ꝫ.

¶ Item alia oro.

Domine ieſu xp̄e ꝑ illā amaritudineꝫ mortis quā ſuſtinuiſti ꝓ me i cruce: maxime cuꝫ aīa tua egreſſa fuit de corpore tuo: miſererī aīe mee i egreſſu ſuo. Amē.

¶ Sequit̄ oro venerabilis Bede pſbyteri ō ſeptē vbis vltis q̄ dn̄s ihs xp̄s loq̄bat̄ pendēs in cruce: de q̄ fert̄ ꝙ q̄cūqȝ eā flexis gēib⁹ duote dixerit: nec dēmōis: nec mali hoīs nocumēta patiet̄: neqȝ incōfeſſus morietꝭ: ⁊ eſt iſta.

Domie ieſu xp̄e q̄ ſeptē vba vltīs die vite tue in cruce pēdēs dixiſti: vt ſp illa ſctiſſima vba in mēoria habeā. Rogo te ꝑ vtutē illoꝝ ſeptē verboꝝ vt mihi parcas q̄cq̄d peccaui aut cōmiſi in ſeptē pcīs mortalib⁹ aut ex illis ꝓcedētibus. ſ. ſuperbia: auaritia: luxuria: inuidia: gula: ira: accidia. Sicut enim tu dixiſti. Pr̄ ignoſce crucifigētib⁹ fac vt amore tuo parcā cunctis malefacientibus mihi. Et ſicut tu dixiſti latroni. Hodie mecū eris i ꝑadiſo: fac me ita viuere vt in hora mortis mihi dicas. Hodie mecū eris in celo. Et ſicut tu dixiſti mr̄i tue Mulier ecce fili⁹ tuus. Deinde dixiſti diſcipulo. Ecce mater tua. Fac vt matri tue ſociet me amor tuuſ ⁊ charitas vera. Et ſicut tu dixiſti: Hely hely. lamazabathani: hoc eſt: de⁹ meus de⁹ meus: vt q̄d dereliquiſti me. Fac me in tp̄e tribulationis ⁊ anguſtie mee dicere pater mi dn̄e miſerere mei ⁊ adiuua me: q꜄ tuo ꝓprio ſanguine redemiſti me. Et ſicut tu dixiſti. Sitio. ſ. ſalutē aīaꝝ ſanctarū q̄ in limbo inferni ſūt aduētū tuū expectātes. Fac vt ſemꝑ ſitiaꝫ ⁊ diligā te fontē aque viuentis: fonteꝫ eterni luminis toto cordis deſiderio adamanduꝫ. Et ſicut tu dixiſti. Pater in manus tuas cōmendo ſpiritū meum.

Recipe me venientez ad te: qꝛ nunc ↄſtituiſti mihi termi nũ tpis vite mee. Et ſicut tu dixiſti. Cõſummatum eſt: qḋ ſignificat laboꝛes ⁊ doloꝛes quos pro nobis miſſis pati volueras. Fac vt audire me rear illã dulciſſimã vocẽ tuã ſcilicet veni amica mea dile cta mea: qꝛ iã diſpoſui penu rias tuas ↄſummari: veni vt mecum ſedeas cum angelis meis in regno meo epulari: iocunda ⁊ moꝛari p infinita ſeculoꝛum ſecula. Amen.

¶ Sequit̃ oꝛo ſci Gregoꝛij pape de qnqꝫ vulnerib⁹ chꝛi ſti ieſu. Et qcunqꝫ hanc cum deuotione dixerit: habebit quingentos annos indulgẽ tiarum. Et eſt ſciendum qḋ ſemper i fine vnius clauſule dꝫ dici. Pr̃ nr̃. Aue maria.

AUe manus dextra xpi perfoꝛata plaga tri ſti nos ad dextram iube ſiſti quos p dextram redemiſti. Pater noſter. Aue maria.

Aue palma ieſu leua: ſic con fixa manu ſeua: nos ab eue malo leua: quos pduxit ma ter eua. Pr̃ nr̃. Aue maria.

Aue vulnus dexteri pedis edẽ mẽtis pie ledis dũ ad eã ſepe redis: eſto nobis ſpes mercedis. Pr̃ nr̃. Aue mã.

Aue plaga leue plãte q̃ vir tuto creſcunt plante nos ab hoſte ſupplantante ↄtuere poſt ⁊ ante. Pr̃ nr̃. Aue ma.

Aue latus lanceatum: vnde fluxit flumen gratũ pbe no bis ↄducatum ad eterne vi te ſtatũ. Pr̃ nr̃. Aue ma. v̇.

Vulneratus eſt propter ini quitates noſtras. Attritus ẽ propter ſcelera nr̃a. Oꝛo.

COncede q̃s oĩps deus: vt ſanctiſſima vulne ra dulciſſimi filij tui domini nr̃i ieſu xpi coꝛdibus nr̃is ĩ primantur: eiſqꝫ vehemẽter adhereãt mẽteſqꝫ nr̃as illu minẽt: ⁊ i tuo ⁊ ſanctoꝝ tuo rũ faciant amoꝛe feruẽtes: per eundem chꝛiſtum.

¶ Oꝛones dicẽde ad imagi nem pietatis q̃ apparuit ſcõ Gregoꝛio: ⁊ dꝫ dici cũ qnqꝫ Pr̃ nr̃. ⁊ totidẽ Aue ma. p quibus habẽtur maxime in dulgentie ab eodem ſancto Gregoꝛio: ⁊ alijs q̃p pluribꝫ ſummis pontificibus.

O dñe ieſu xpe adoꝛo te in cruce pendentem ⁊ coꝛonã

ſpineam in capite poꝛtantē. Depꝛecoꝛ te vt crux tua liberet me ab angelo percutiente. Pater noſter Aue mari.

¶ O domine ieſu xp̄e: adoro te in cruce vulneratū felle ꝛ aceto potatum. Depꝛecoꝛ te vt vulnera tua ſint remedium anime mee. Amen. Pater noſter. Aue maria.

¶ O dn̄e ieſu xp̄e: adoꝛo te in ſepulchꝛo poſitū: myrrha ꝛ aromatibus conditū. Depꝛecoꝛ te vt moꝛs tua ſit vita mea. P̄r nr̄. Aue maria.

¶ O dn̄e ieſu xp̄e: adoꝛo te deſcēdētē ad inferos ꝛ tuos inde liberātē. Dep̄coꝛ te vt illic nunquā me patiaris introire. P̄r nr̄. Aue maria.

¶ O dn̄e ieſu xp̄e: adoꝛo te a moꝛtuis reſurgentē ꝛ aſcēdentē in celū: ſedentē ad dexterā dei patris. Dep̄coꝛ te vt illuc te ſeq̄: ꝛ tibi p̄ſentari merear. P̄r nr̄. Aue ma.

¶ O dn̄e ieſu xp̄e paſtoꝛ bone iuſtos conſerua: peccatores iuſtifica: oībus fidelibus miſerere ꝛ ꝓpitius eſto mihi miſero ꝛ īdigno peccatori. Amen. P̄r nr̄. Aue ma.

¶ O dn̄e Jeſu xp̄e: rogo te per illam amaritudinē paſſionis tue quā in hoꝛa moꝛtis ſuſtinuiſti: maxime tunc quando aīa tua ſanctiſſima de benedicto tuo coꝛpoꝛe ē egreſſa: miſerere anime mee in egreſſu ſuo de coꝛpe meo Amen

Oratio.

O Bſecro te dn̄e Jeſu xp̄e vt paſſio tua ſit virtus mea. qua muniar: ꝛ pꝛotegar ꝛ defendar: vulnera tua ſint mihi cib⁹ ꝛ potus qb⁹ inebꝛier ꝛ delecter. Aſpͅſio ſanguinis tui ſit oīū pcō rum meoꝝ ablutio. Moꝛs tua ſit mihi glīa ſempiterna in his ſit mihi refectio: exultatio: ſanitas: ſtudiū: gaudiū deſideriū coꝛpoꝛis ꝛ aīe nūc ꝛ in perpetuum. Amen.

¶ Salutatiōes ad oīa mēbꝛa xp̄i. quas q̄ deuote dixerit ꝓ quolibꝫ ſalue. ccc. dies indulgentiarum obtinebit.

S Alue tremendū cūctis ꝑtātibus caput ſaluatoꝛis noſtri Jeſu chꝛiſti ꝓ nobis ſpinis coꝛōatū ꝛ arūdie ꝑcuſſū. Saluete bēigniſſimi oculi dn̄i nr̄i ieſu xp̄i ꝓ nobis lachꝛymis ꝑfuſi. Saluete nobiliſſime aures dn̄i

noſtri ieſu xpi pro nobis cõtumelijs ꝛ opprobrijs affecte. Salue ſacratiſſimũ os: gutturq ſuauiſſimum domini noſtri Jeſu chriſti pro nobis felle ꝛ aceto potatum. Salue facies pulcherrima angelis hominibuſq deſideratiſſima domini noſtri ieſu chriſti pro nobis ꝯſputa ab impijs alapiſq ceſa. Salue humile collum domini noſtri ieſu chriſti pro nobis indignis colaphizatum: dorſum ſanctiſſimũ flagellatuꝫ. Saluete venerabiles manꝰ Brachiaq domini ieſu xpi pro nobis in cruce extenſa. Salue mitiſſimũ pectus domini noſtri ieſu xpi ꝓ nobis in paſſione cõturbatũ. Salue mundiſſimuꝫ cor dñi noſtri ieſu xpi ꝓ nobis. lancea militis perforatũ: vnde exiuit ſanguis ꝛ aqua pro redẽptione noſtre ſalutis. Saluete veneranda genua domini nr̃i ieſu xpi pro nobis ad orõnẽ flexa. Saluete adorãdi pedes dñi nr̃i ieſu xpi ꝓ nobis clauis affixi. Salue totũ corpus dñi nr̃i ieſu xpi ꝓ nobis patibulo cruci vulneratũ: mortuũ ꝛ ſepultum. Salue ſacer ꝛ ſpecioſiſſime ſanguis dñi noſtri ieſu chriſti pro nobis miſeris pctõribus de latere eius: ac de toto corpe large manãs. Dilue obſecro cuncta crimina noſtra ꝛ non ſinas perire ꝓ quoꝝ effuſus es redemptione. O bone ieſu p hec ſacratiſſima membra tua ꝛ pijſſimã paſſionẽ tuã: da mihi in tribulatione auxiliũ: i pſecutiõe ſolatiũ: in omni tpe tẽtatiõis vtutẽ. Da mihi q̃ſo de p̃teritis malis veniã: de pñtibus emendationẽ: ꝯ futuris largiri digneris cuſtodiam. Qui viuis.

¶ Ad arma xpi ſalutatio.

CRuci clauis: corõe ſpinee flagellꝰ ſacroq ferro lancee honorẽ ĩpẽdamꝰ: hec ſunt eni vexilla regia: p que corone gaudia ppetue ſperamus. ℣. Adoramus te xpe ꝛ benedicimus tibi. ℟. Quia per ſanctã crucẽ tuã redemiſti mundum. Orõ.

DEus q̃ diuerſaꝝ penarũ tuaꝝ iſignijs ſignatis paſſionis tue victoriam nobis demõſtraſti: ꝯcede ꝓ

picius: ita nos ſacratiſſime paſſionis tue arma venerari: vt inſignia ſignata penaꝝ eternarum per tui ſacri ſanguinis effuſionem in nobis miſericorditer deleantur. Qui viuis. ¶ Notandū ꝙ quicunqꝫ arma paſſionis chriſti deuote intuetur: eademqꝫ veneratur: ſi de peccatis ſuis vere cōfeſſus fuerit ⁊ contritus habebit tres annos indulgētiaꝝ a Leōe papa. ⁊ a. xxx. ſummis pōtificib⁹ a quolibet centū dies ⁊ a cētū ⁊. xxviij. epis a quolibet eoꝝ. xl. Quas indulgētias cōfirmauit Innocētius iiij. in ꝯcilio Lugdunēſi: ⁊ addidit ad hoc ducentos dies.

¶ Sequunt̄ nūc q̄ndecim orōnes de paſſiōe dn̄i reuelate ſcē Brigide regine ſuecie deuotiſſime mulieri: cum eēt rome recluſa apud ſctm̄ Paulū. Cum enim dn̄m ſcire deſideraſſet numeꝝ vulneꝝ dn̄i ieſu: quadam die apparuit ei dn̄s dicens. Corporis mei vulnera tot erāt. ſ. qnqꝫ milia quadringenta ⁊ octoginta: quas ſi cū veneratiōe aliqua ꝓſequi volueris. xv. Pater noſter ⁊ totidē Aue maria dicēs quottidie p annum integruꝫ ſicq̄ reuoluto anno vnūquodqꝫ vuln⁹ venerabiliter ſalutaſti. Eamqꝫ docuit ſequentes orationes ad vnumquodqꝫ pr̄ nr̄ vnā orationē adijciens ꝙ q̄cūqꝫ per circulū anni vni⁹ eaſdeꝫ orationes deuote frequētauerit: de eius ꝓgenie. xv. aīe de purgatorio liberabūtur: ⁊. xv. iuſti eiuſdē ꝓgeniei in bono ſtatu confirmabunt̄. ⁊ xv. pctōres adhuc in mūdo exiſtentes cōuertentur: ⁊ cū hoc ipſe ꝯſequet̄ gradū pfectionis. ⁊ agnitionē ⁊ amaram ꝯtritionē oīum pctōꝝ. Dn̄s quoqꝫ addidit eiſdem qui has orationes compleuerit: dabo ſanctiſſimū corpus meū ante obitū eius p xv. dies: vt ꝓpter hoc liber̄tur ab eterna eſurie. ⁊ p̄cioſo ſanguine meo potabo eū ne ſitiat in eternū. Signūqꝫ victorioſiſſime crucis mee: ponā ante eū in ſubſidiū cōtra oēs inimicos. Et an̄ ei⁹ obitū veniā ad eū cum dilecta genitrice mea v̄gine maria ad aīam eius benigne ſu

ſcipiendā ⁊ ducā ad gaudia
eterna: ⁊ cū eoꝝ illuc pduxe
ro: ꝓpinabo eis ſingularē
hauſtū de fonte ⁊ calice dei
tatis mee: qđ alijs nō faciā
qui hanc orationē nō cōple
uerit. Multaſq; alias adiū-
xit prerogatiuas ⁊ gratias
quas enarrare longū eſſet.

¶ Oratio prima.

O Dñe ieſu xp̄e eterna
dulcedo te amantium
iubilus excedens omne gau
diū ⁊ omne deſideriū ſalus
⁊ amator penitentiū pecca
torum: qui delitias tuas at-
teſtatus es eſſe cū filijs ho
minum propter hominē ho
mo factus in fine temporū
memento omnis premedita
tionis ⁊ intimi meroris quē
ab initio conceptionis tue i
humana natura ſuſtinuiſti:
maxime inſtante ſaluberri-
me paſſionis tue tempore in
diuino corde ab eterno pre-
ordinato: memento triſtitie
⁊ amaritudinis quas in aīa
tua te ipſo atteſtante habui
ſti quādo dixiſti triſtis ē aīa
mea vſq; ad mortē: ⁊ quādo
in vltima cena diſcipulis tu
is corp⁹ ⁊ ſanguinē tuū tra-
didiſti: pedes eoꝝ lauiſti: et
dulciter eos cōſolando imi-
nentem paſſionē tuam pre-
dixiſti. Memēto oīs tremo
ris anguſtie ⁊ doloris que i
tuo corpore delicato añ paſ
ſionem crucis tue pertuliſti:
quādo poſt trinam orōnē ⁊
ſanguinē ſudorem a diſcipu
lo ꝓprio tradebaris: a dile-
cta gēte capiebaris: a falſis
teſtib⁹ accuſabaris: a tribus
iudicib⁹ iniuſte iudicabaris
in electa ciuitate: i paſchali
tpe: i florida corporis tui iu
uentute innocenter dānaba
ris: tradebaris: ꝯſpuebaris:
veſte ꝓpria exuebaris: veſti
bus alienis iducbaris: colla
phizabaris: oculis ⁊ facie
vellabaris: alapis cedebaris
ad colūnā ligabaris: flagel-
labaris: ſpinis coronabaris:
arūdie i capite ꝑcutiebaris:
⁊ inumerabilib⁹ calūnijs la
cerabaris. O dulciſſime ieſu
da mihi queſo ob memoriā
harꝝ penarꝝ ⁊ paſſionū ante
dictarꝝ de pctīs meis verā
añ mortē meā ꝯtritiōeꝫ: pu-
rā ꝯfeſſionē cū dignā ſatiſfa
ctionem: ⁊ omnium peccato
rum meorum plenariam re-

miſſionem. Amen.

¶ Aue dulciſſime ꝛ benignissime dñe ieſu xpe: ꝛ miſereř mihi peccatori. Pater noſter. Aue maria. Oro. ij.

O Dñe ieſu xpe vera libertas angeloꝝ ꝛ paradiſus deliciarum momento terroꝝ ꝛ horroꝝ q̊s ſuſtinebas qñ oēs inimici tui q̄ſi leones ferociſſimi te circunſteterūt ꝛ collaphizatōibus ↄſpuitionib⁹: flagellatiōib⁹: vngulationibus: ceteriſq3 inaudit] ſupplicijs te moleſtarūt. ꝛ p oia ↄtumelioſa v̊ba dura v̊bera: duriſſimaq3 tormēta q̄b⁹ te dñe ieſu xpe oēs inimici tui crudelr afflixeřt. Deprecor te vt liberes me ab oib⁹ inimicis meis viſibilibus ꝛ inuiſibilibus: carnalibus atq3 ſpiritualib⁹: ꝛ dones mihi ſub vmbra alaruȝ tuaꝝ ꝓtectiōes, ſalutis eterne inuenire. Amen.

¶ Aue dulciſſime ꝛ ſpecioſiſſime dñe ieſu xpe ꝛ miſerere mihi peccatori. Amen. Př nř. Aue maria. Oro. iij.

O Dñe ieſu xpe mundi fabricator ꝛ creator quem nulla dimenſio nullus terminus metiř: qui terram palmo concludis recordare amariſſimi doloris quē ſuſtinebas qñ ſciſſimas man⁹ tuas ad crucē obtuſis clauis ꝑ mo affixerūt: ꝛ d̊mū ad pforandū d̊licatiſſimos pedes tuos ↄuenerūt: ſȝ cū nō eēs ↄueniēs volūtati eorū dolorem ſup dolorē vulneribus tuis addideřt: ꝛ ita crudelr detraxerūt ꝛ extēderūt i lōgū ꝛ latū crucis: vt diſſoluerenť oēs cōpages mēbrorū tuoꝝ: depcō te dñe ieſu xpe p hui⁹ ſciſſimi ꝛ amariſſimi in cruce doloris tui memoriam: vt des mihi timorem ꝛ amorem tuum. Amen.

¶ Aue dulciſſime ꝛ pijſſime dñe ieſu xpe: ꝛ miſerere mihi pctōri. Př nř ꝛ Aue maria. Oro. iiij.

O Dñe ieſu xpe celeſtis medice recordare angoris ꝛ doloris: atq3 liuoris q̊s i alto crucis patibulo leuatus paſſus fuiſti in oibus mēbris tuis ſciſſimis dilaceratis: q̊rū nullū i recto ſtatu ſuo pmāſit: ita vt nullus dolor dolori tuo ſilis inueniretř q2 a plāta pedis vſq3 ad ver

ticē capitis nō fuit in te ſanitas. Et tūc dolorꝫ diuz imemor pr̄em pro inimicis tuis pie exoraſti dicens pr̄ ignoſce illis: qz neſciunt qd faciūt: ꝑ hāc charitatē z miam z ob memoriā illius doloris ꝯcede mihi vt h memoria amariſſime paſſionis tue ſit oim peccatorum meorum plenaria remiſſio. Amen.

¶ Aue dulciſſime z miſericordiſſime dn̄e Jeſu xp̄e: z miſerere mihi pctōri. amen.

Pr̄ nr̄ z Aue ma. Oro. v.

O Dn̄e ieſu xp̄e ſpeculuz claritatiſ eterne memēto illius meroris quē habuiſti quando in ſpeculo sereniſſime diuie maieſtatis tue cōſpiciēs p̄deſtinationē tuā z electorꝫ tuorū ꝑ merita paſſionis tue ſaluādorꝫ ꝯſpexiſti z reprobationē malorꝫ z multitudinē dānandorꝫ per abyſſuz miſeratōis tue qua perditis z deſperatis pcōribus tūc ꝯdoluiſti: z ꝑ illam dulciſſimā vocē quā latroni in cruce exhibuiſti dicēs hodie mecū eris ī paradiſo: rogo te pie ieſu z facias mecū miſericordiam tuaz in hora mortis mee. Amen.

¶ Aue dulciſſime z ſuauiſſime dn̄e ieſu xp̄e: z miſerere mihi peccatori. Amen.

Pr̄ nr̄ z Aue ma. Oro. vj.

O Domine Jeſu xp̄e rex amabilis z amicus totus deſiderabilis: memento meroris illi⁹ quē habuiſti qn̄ nudus z miſerabilis in cruce pepēdiſti: z amici ac noti tui ꝯduerſus te a longe ſteterunt: z nullū ꝯſolatorē inueniebas niſi ſolā dilectā genitricem tuā in agone z amaritudine tibi fideliſſime aſſiſtētē z cōpatientē: quā diſcipulo tuo cōmēdaſti dicēs mulier ecce fili⁹ tuus: z ad diſcipulū ecce mater tua. Rogo te piiſſime dn̄e Jeſu xp̄e per gladiū doloris: qui tūc eius aīaz ptrāſiuit vt cōpaciaris mihi ī oib⁹ tribulatiōibus z afflictiōibus meis corpalib⁹ z ſpūalibus: z da mihi cōſolationē z gaudium z auxiliū in omni tpe tribulationis z anguſtie mee. Amen.

¶ Aue dulciſſime z deſiderabiliſſime dn̄e Jeſu xp̄e: z miſerere mihi pctōri. Amē.

Pr̄ nr̄ z Aue ma. Oro. vij.

O Dñe ieſu xp̄e fons in exhauſte pietatis: qui ex intimo dilectiõis affectu in cruce dixiſti ſicio.ſ. ſalutē humani gñis: accēde queſo noſtrū deſideriū ad oē opus pfectū ꝛ ſitim carnalis ꝯcu piſcērie ꝛ eſtū mūdanaꝝ di lectionū in nobis penitus re frigera ꝛ extingue. Amen.

¶ Aue dulciſſime ꝛ dilectiſ ſime dñe ieſu xp̄e: ꝛ miſerere mihi peccatori. Amen. Pr̄ nr̄ ꝛ Aue ma. Oro.viij.

O Dñe ieſu xp̄e dulcedo cordium ingenſq; ſua uitas mentium per amari tudinē aceti ꝛ felis q̄ p no bis i hora mortis tue i cruce ſuſtinuiſti ꝛ deguſtaſti: cõce de nob miſeris pctõrib⁹ cor pus ꝛ ſanguinē tuū oi tpe ꝛ p̄cipue i hora mortis digne percipe ad remediū ꝛ cõſo lationē aiaꝝ nr̄aꝝ. Amen.

¶ Aue dulciſſime ꝛ māſue tiſſime dñe ieſu xp̄e: ꝛ miſe rere mihi pctõri. Amē. Pr̄ noſter ꝛ Aue ma. Oro.ix.

O Dñe ieſu xp̄e regalis virtus iubiluſq; men talis memēto anguſtie ꝛ do loris quem paſſus es qñ pp mortis amaritudinē ꝛ iudeo rū iſultationē cū magna vo ce te a deo pr̄e derelictū cla maſti dicēs: Hely hely lama zabathani. qd eſt iterp̄tatū. De⁹ me⁹ de⁹ me⁹: vt qd dre liqſti me. Per hãc anguſtiā rogo te ꝛ peto vt in āguſtijs mortis mee nō derelinquas me dñe deus meus. Amen.

¶ Aue dulciſſime ꝛ pacien tiſſime dñe ieſu xp̄e: ꝛ miſe rere mihi pctõri. Amen. Pr̄ nr̄ ꝛ Aue ma. Oro.x.

O Dñe ieſu xp̄e alpha ꝛ o. ꝛ virtus i omni me dio recordare q̄ a ſūmo ca pite vſq; ad plātā pedis pro nob i aq̄ paſſiõis te dmerſiſti rogo te pie ieſu p latitudinē ꝛ magnitudinē vulneꝝ tuo rū doce me p verā charitatē cuſtodire ꝛ pficere latū mā datum tuum nimis. Amen

¶ Aue dulciſſime ꝛ prudē tiſſime dñe ieſu xp̄e ꝛ miſe rere mihi pctõri. Amen. Pr̄ noſter ꝛ Aue ma. Oro.xi.

O Dñe ieſu xp̄e pfūdiſ ſime pietatis ꝛ mie abyſſus rogo te p p funditatē vulneꝝ tuoꝝ q̄ p traſierūt carnē tuā ꝛ medul

las oſſiū ⁊ ītima viſceꝝ tuo ruꝫ vt me ſubmerſuꝫ ī pctis emergas: ⁊ abſcōdas i fora minibus vulnerum tuorum a facie ire tue: donec pertrā ſeat furor tuus. Amen.

¶ Aue dulciſſime ⁊ potētiſſime dñe ieſu xp̄e ⁊ miſerere mihi pctōri. Amen. Pr̄ nr̄ ⁊ Aue maria. Oro. xij.

O Dñe ieſu xp̄e vitatꝪ ſpeciū vnitatꝪ ſignū ⁊ charitatis vīculū memēto inumerbilibus vulneruꝫ tuoꝝ q̄bus a ſummo capite vſq; ad ima pedū vulnerat⁹ fuiſti: ⁊ ab ipſis carnificib⁹ lacerat⁹: ⁊ ſciſſimo ſanguine tuo rubricat⁹: quā magnitudinē dolorū in v̄ginea carne tua ptuliſti ꝓ nobis. Pie ieſu q̄d vltra facē d̄buiſti q̄d nō feciſti: Scribe q̄ſo oia vulnera tua i corde meo p̄cioſiſſimo ſanguine tuo: vt in illis legā dolorē ⁊ amorē tuū vt eoꝝ memoria ſp apd ſecretū cordis mei remāeat: ⁊ dolor paſſiōis tue ī me q̄ttidie rēouet: ⁊ amor augeat ⁊ in grāꝝ actiōe vſq; in finē vite mee iugit̄ pſeuerē: vſq; dū ꝑueniā ad te deſideratū theſaurū oiuꝫ bonoꝝ ⁊ gaudioꝝ repletū: qd mihi donare digneris dñe ieſu xp̄e dulciſſima vita mea. Amen.

¶ Aue dulciſſime ⁊ ſplēdidiſſime dñe ieſu xp̄e: ⁊ miſerere mihi pctōri. Amen. Pr̄ noſter ⁊ Aue ma. Oro. xiij.

O Dñe ieſu xp̄e leo fortiſſime rex imortalis ⁊ inuictiſſime. memēto doloris quem paſſus es cum omnes vires cordis ⁊ corporis tui mihi penitus d̄fecerunt: ⁊ inclinato capite conſummatū eſt dixiſti. Per hanc anguſtiam ⁊ dolorem miſerere mei in vltima conſummatione exitus mei: cuꝫ anima mea anxiata eſt ⁊ ſpiritus meus conturbatus eſt Pater noſter. Aue maria.

¶ Oratio. xiiij.

O Dñe ieſu xp̄e vnigēite altiſſime patris ſplendor ⁊ figura ſb̄ſtantie eius. Memento obnixe cōmendationis qua patri ſpiritum tuum cōmendaſti dicēs. In manus tuas cōmendo ſpiritum meum. Et lacerato corpore: rupto corde: cum valido clamore: pa

tefactis viſcerib⁹ miſericordie tue pro nobis redimendis expiraſti. Per hanc precioſiſſimam mortem preter te rex ſanctorū conforta me ad reſiſtenduz dyabolo:mūdo:carni:⁊ ſanguini:vt mūdo mortuus tibi viuaz:⁊ in nouiſſima hora exitus mei reuertentem meum ſpirituz exulem ⁊ peregrinum ſuſcipe ad te. Pater noſter. Aue maria.

¶ Oratio.xv.

O Domine ieſu xp̄e: vitis v̄a ⁊ fecunda. Memēto ſuperfluentis ⁊ abundantis effuſionis ſanguinis tui quem tu ſicut de botro expreſſo copioſiſſime effudiſti quādo ī cruce torcular ſolus calcaſti:et lancea militari perfoſſo latere nobis ſanguineum ⁊ aquam propinaſti:ita vt nec minima gutta in te remaneret:tunc demum quaſi myrre faſciculus in altum ſuſpēſus fuiſti:⁊ delicata caro tua euanuit: ⁊ liquor viſcerum tuorum exaurit ⁊ medulla oſſium tuorū emarcuit. Per amariſſimam paſſionem et precioſi ſanguinis tui effuſionem:pie ieſu precor te ſuſcipe animam meam in agone mortis mee. Amen. Pater noſter. Aue maria.

¶ Oratio.xvj.

O Dulciſſime dn̄e ieſu chriſte vulnera cor meum vt penitentie ⁊ amoris lachryme ſint mihi panes die ac nocte. ⁊ conuerte. ⁊ me totaliter ad te vt cor meum pie perpetue fiat habitabile ⁊ conuerſatio tibi placita ſit ⁊ accepta. Ac finis vite mee:ita laudabilis vt per huius vite terminum te merear laudare cum ſanctis tuis omnib⁹ in eternū.

¶ Item poſt quinqꝫ pater noſter ſemper dic orationez ſequentem.

O Domine ieſu chriſte fili dei viui:ſuſcipe hanc orationem in amore illo ſuperexcellenti in quo omnia vulnera tui ſacratiſſimi corporis ſuſtinuiſti: ⁊ miſerere mei famuli tui. N. ⁊ omnib⁹ peccatoribus cunctiſqꝫ fidelibus tā viuis q̄ defunctis da miſericordiā:grām ⁊ remiſſionē ⁊ vitā eternā. amē.

¶ Item ſalutatio vulnerũ.

SAlutifera vl'nera dul ciſſimi amoris mei ieſu chriſti ſaluete: ſaluete: ſaluete in oipotentia patris q̄ vos dedit: in ſapia filij q̄ in vobis ſuſtinuit: in benignitate ſpiritusſancti qui in vobis opus noſtre redemptionis perfecit. Amen.

¶ Sequũtur nunc orones quinq3 de q̄nq3 gaudijs dominice reſurrectionis. Que quicũq3 deuote legerit maximam a domino conſequitr gr̄az prout reuelatũ fuit ſacre virgini Mechtildi.

LAudo: adoro: magnifico: glorifico: z benedico te ieſu bone in illo ineffabili gaudio quod habuiſti qn̄ tua beata humanitas in reſurrectiōe glorificatiōz ſuſcepit a pr̄e diuine clarificationis: z in ſe oib⁹ electis gl'ificatione͂ electā i tua diuinitate tribuit. Per illud ineffabile gaudium. Rogo te amātiſſime dei z hoiuz mediator vt eande͂ quam mihi tūc dediſti claritate͂ tua gr̄a ꝯſerues illeſam in die iudicij cum gaudio aſſumendam.

¶ Secundum gaudium.

¶ Laudo: adoro: magnifico: gl'ifico: z bn̄dico te Ieſu bone in illo ineffabili gaudio ꝙ hũiſti: qn̄ charitas ineſtimabilis que te in mũduz de ſinu patris ſupſplende͂tis depoſuit: z ſubiacere fecit oibus pe͂is z miſerijs in reſurrectione tua omnia me͂bra tua repleuit honore z gaudio icōparabili: ſicut in cruce repleuerat dolore intolerabili: per illud ineſtimabile gaudium: rogo te amantiſſime dei z hoiuz mediator vt dones mihi lume͂ intellect⁹ z cognitiōez aie vt ſciaz q̄d acceptũ ſit coram te oī tpe.

¶ Tertium gaudium.

¶ Laudo: adoro: magnifico: glorifico z bn̄dico te Ieſu bōe in illo ineffabili gaudio qd̄ habuit tua ſctiſſima aia qn̄ ſe in preciũ z pignus eterne rede͂ptiōis cū copioſa multitudine oīum btōrũ aīaꝝ ex inferni clauſtris cū ineſtimabili gaudio ꝓſeque͂tiuz deo pr̄i pn̄tauit. Per illud ineſtimabile gaudiũ: rogo te amātiſſime mediator dei z hoiuz: vt in hora mor

tis horrende ſis aie mee ꝓtector ⁊ defenſor ꝯ hoſtium incurſu horribilē: ⁊ ſis aie mee pignus ſufficiens ⁊ preciū ꝑſoluēs oē debitū meū: ⁊ placa mihi tūc deū patrē iudicē eqſſimum ⁊ ſtrictiſſimū: cuiꝰ iram nemo ſufferre queat niſi mediante te. Jccirco queſo te: perduc me cum gaudio ⁊ leticia añ ꝯſpecūm diuini patris tui celeſtis.

¶ Quartum gaudium.

¶ Laudo: magnifico: adoro: glorifico: ⁊ bñdico te ieſu bone in illo ieffabili gaudio qđ habuiſti qñ a đo patre data eſt tibi plena ptās remūerādi: ditandi: ⁊ honorādi ſ3 liberalitatis tue magnificētia3 oēs cōmilitones ⁊ amicos tuos: q̄s tā glorioſo triūpho de tyrānica ptāte liberaſti. Per illud ineffabile gaudiū: rogo te amātiſſime mediator dei ⁊ hoīum fac me pticipē oium laborū tuoꝝ ⁊ opꝓnū: ⁊ tue glioſe mortis ac btiſſime paſſiōis.

¶ Quintum gaudium.

¶ Laudo: adoro: magnifico: glorifico: ⁊ bñdico te ieſu bone in illo ieffabili gaudio qđ habuiſti qñ đs pr donauit tibi oēs amicos tuos in eterna3 hereditatē poſſidēdos. ⁊ impleta eſt illa benigniſſima petitio ⁊ placidiſſima voluntas tua q̄ dixiſti. Uolo vt vbi ego ſum: illic ſint ⁊ miniſtri mei: vt omne gaudiū ⁊ oē bonū qđ tu ipſe es ipſoꝝ eſſet ſine fine. Per illud ineffabile gaudiū rogo te amantiſſime mediator dei ⁊ hoīum dones mihi illud beatiſſimū omniū electoꝝ tuoꝝ ꝯſortiū: vt te habeam vna cū eis vnicū gaudium ⁊ omne bonum: nunc hic ⁊ in eternum. Amen.

¶ Subſcripte tres orationes hñtur Rome in quadā capella q̄ dr̄ Scē crucis ſeptē romanoꝝ. q̄s qui đuote dixerit maximas ⁊ pene infinitas ꝯſequit̄ indulgētias vt ibidē ſcriptū repit̄. Oro.

Domine Jeſu xp̄e. ego miſer peccator rogo ⁊ āmoneo te ꝑ tua nobili humanitate in cruce mortua. ⁊ pro honore illiꝰ gaudij ꝙ habuiſti qñ vidiſti ꝙ omnē anguſtia3 tuā ſupaueras: et oē humanum genꝰ redeme

ras tua morte: ꝛ rogo te vt libes me ab oib⁹ imūdicijs in hora mortis mee. Pr̄ nr̄.

¶ Dn̄e ieſu xp̄e ſaluator ꝛ redēptor toti⁹ mundi. Rogo ꝛ āmoneo te illi⁹ gaudij ꝙ habuerīt dilecti tui amici itra clauſtra iferni: qn̄ ſe viderīt redēptos tue diuinitatis potētia. Et propter gaudium ꝙ habuiſti qn̄ vidiſti ꝙ opari volebas ꝙ nemo opari poterat. ꝛ rogo q̄ten⁹ p tue diuinitatis potentiaꝫ in me deleas oēm carnalē voluptateꝫ: ꝛ dona mihi vt ſuper oēm creaturā te diligā. Pr̄ nr̄. Aue maria.

¶ Domie ieſu xp̄e rogo ꝛ āmoneo te illius gaudij qḋ dilecta mater tua habuit: qn̄ ei apparuiſti i illa ſacratiſſima nocte paſche: ꝛ per gaudiū ꝙ hūiſti qn̄ te vidiſti glificatū diuinitatis potētia in claritate: q̄ten⁹ me illumines ſeptē donis ſpūs ſcī: vt tuā voluntatē iplere valeā dieb⁹ vite mee. Am̄. Pr̄ nr̄. Aue maria.

¶ Orō ſequens edita eſt p dn̄m Joānē papā. xxij. q cōceſſit oib⁹ eā deuote dicētibus iſpiciendo faciem chriſti. x. milia dierum indulgentiarum: ꝛ ſi quis eam ignorauerit. dicat. v. Pr̄ nr̄. iſpiciendo veronicam.

Salue ſcā facies nr̄i redēptoris: i q̄ nitet ſpecies diui ſplēdoris: impreſſa pāniculo niuei cādoris: dataq̧ veronice ſignum ob amoris: Salue decus ſeculi ſpeculum ſcōꝝ ꝙ videre cupiunt ſpūs celoꝝ nos ab oī macula purga vicioꝝ: atqꝫ nos conſortio iunge btōrū. Salue vultus dn̄i ymago beata ex eterno mūere mire decorata: lumen funde cordibus ex vi tib data ꝛ a nr̄is ſenſib⁹ tolle colligata. Salue robur fidei noſtre xp̄iane deſtruens hereticos q ſunt mētis vane: horū auge meritū q te credūt ſane illi⁹ effigie q rex ſit ex pane. Salue nr̄m gaudiuꝫ i hac vita dura labili ꝛ fragili cito peritura nos ōduc ad p̄pa o felix figura ad videndū faciē q̄ eſt xp̄i pura. Salue gēma nobilis vera margarita: celicis v̄tutib⁹ pfecte munita nō depicta ma-

nib⁹ ſculpta vł polita. Hoc ſcit ſūmus pontifex q̄ te fecī ita ille coloꝛ celic⁹: qui in te ſplēdeſcit in eodē pmanet ſtatu nec decreſcit diuturno tpe minime palleſcit: fecit te rex glīe fallere qui neſcit. Neſciēs putredinem ſeruans icoꝛruptū q̄ ē a xp̄ico la coꝛā te deductū: tu vertiſ in gaudiuʒ gemitū ⁊ luctuʒ: ꝯfer ſaluberrimū te videndi fructū. Eſto nobis q̄ſumus ſcutū ⁊ iuuamē: dulce refrigeriū: atq̄ ꝯſolamē: vt nob nō noceat hoſtiū grauamē ſʒ foueamur req̄e celi tecuʒ. Amen.

¶ Alia oꝛatio de eodem d̄ qua dedit Innocentius papa dicenti eam ante ymaginem veronice trium annorum indulgentiam.

Aue facies p̄clara: q̄ p nobis in crucis araes facta ſic pallida anxietate: denigrata: ſudoꝛe ſanguieo rigata: te texit lyntheolo. In q̄ māſit tua foꝛma q̄ paſſiōis noꝛma ē cūctis plucida: hec coꝛdi meo ſit īpꝛeſſa p te ieſu: neq̄ ceſſa l3 crema re īdefeſſa: tui amoꝛis facula: poſt hāc vitā cū btīs: ꝯtē plari voluptatiſ: poſſuʒ vultū ditatis i pēni glīa. Amē.

Fac mecū ſignum ī bono: vt videant qui me oderunt ⁊ cōfundant. Q̄m tu dn̄e adiuuiſti me ⁊ conſolatus es me. Signatū eſt ſuper nos lumen vultus tui dn̄e: dediſti leticiam in coꝛde meo. Saluuʒ fac ſeruū tuum de⁹ meus ſperātē in te. Saluum me fac in mīa tua dn̄e: non confundar q̄m inuocaui te. Illumina faciē tuam ſup ſeruum tuum ⁊ doce me iuſtificationes tuas. Dn̄e de⁹ virtutum cōuerte nos: ⁊ oſtende faciē tuam: ⁊ ſalui erim⁹. Dn̄e exaudi oꝛonē meam. Et clamoꝛ. Oꝛemus.

Deus q̄ nobis ſignatis lumine vult⁹ tui mēoriale tuū ad iſtātiā veronice imaginē tuā ſudario ipꝛeſſā relinq̄re voluiſti: p paſſionē ⁊ crucē tuā tribue nobiſ q̄tenus ita nūc in terris p ſpeculū i enigmate venerari adorare ac honoꝛare teip̄m valeamus: vt te facie ad facieʒ veniētē ſup nos iudicē ſecuri videam⁹. Dn̄ʒ nrm̄ ieſum

Alia.

O Mnipotens ſempiterne deus qui Oec cuius munere preeminet ƀ facies tua expreſſa tuo pcioſo vultu plebi tue q̄ conuenit ad hāc recolēdā pctoꝝ ſuorū: da veniam vt corpus ſermones ſenſuſqꝫ guberna: ⁊ actus eorū q̄ in tua pietate cōfidūt. Qui viuis ⁊ regnas cū deo patre.

¶ Sequit planctus beate Marie: quē q̄ corde deuoto recitauerit ꝯſequit. vij. ānos indulgentiaꝝ. ⁊. xl. Carenaſ a Bonifacio papa.

Stabat mr̄ doloroſa: iuxta crucē lachrymoſa: qua pendebat filius. Cuius aiam gementē ꝯtriſtantem ⁊ dolentē pertranſiuit gladius O quam triſtis ⁊ afflicta fuit illa benedicta mater vnigeniti. Quam merebat ⁊ dolebat: pia mater cū videbat penam nati inclyti. Pro peccatis ſue gentis vidit ieſum in tormentis: ⁊ flagellis ſubditum. Uidens ſuum dulcem natum: morientem deſolatum. cū emiſit ſpiritum. Quis eſt homo q̄ nō fleret: xpi matrē ſi videret in tanto ſupplicio. Quis non poſſet cōtriſtari: matrē xpi contemplari: dolentem cū filio. Eya mater fons amoris: penā me tui doloris: ſentire fac vt lugeam: fac vt ardeat cor meū: i amādo xp̄z deū: vt ſibi cōplaceā. Sctā mater illud age crucifixi infint plage menti mee liuide. Tui nati vulnerati tā digna ti ꝑ me pati: penas mecū diuide. Fac me vere tecū flere crucifixo condolere: donec ego vixero. Juxta crucē tecū ſtare: meqꝫ tibi cōſonare: in planctu deſidero. Uirgo virginū preclara: nō ſis mihi roſa rara: fac me tecū plāgere. Fac vt portem chriſti mortē: paſſione fac ꝯſortē: ⁊ pēas recolere. Fac me plagis vulnerari: cruceque me fac beari: ⁊ cruore filij. Flāmis vrar ne ſuccenſus: per te pia ſim defenſus: in die iudicij. Xp̄e cū ſit hinc tranſire: da per matrem me venire ad palmam victorie. Quando corpus morietur: fac vt anima donetur paradiſi glorie. Amen.

¶ Alia orō de eodem.

Memēto obſecro dulciſſima mater: ⁊ domina illi⁹ venerāde ſtatiōis q̄ tu cum btō filio aſtitiſti in cruce pendenti: ⁊ reduc q̄ſo ad memoriā: cogitationes cordis tui: ⁊ innocentis aīe tue anguſtias q̄s tūc habuiſti qñ ille vnigenitus tu⁹ immolat⁹ eſt: ⁊ recogita ꝙ oīa ꝓ pctōribus tolerare voluit quoꝝ ꝑmus ego ſum. Ipſe n mōte ſua meruit vt eēm fr̄ ſuus. Ergo ne dedigneris pijſſima mr̄ qn ⁊ ego ſim filius tu⁹. Ad te o vnica ſpes pctōꝝ cōfugio plenus fiducia: tibi meipſum ⁊ oēs neceſſitates meas recōmitto ⁊ te mr̄eȝ ⁊ pronaȝ pre oib⁹ eligo ⁊ popto. Noli ḡ pijſſima ſpernere me miſeꝝ peccatorē propter pctā mea nimia: ⁊ noli abijcer̄ me a miſericordia tua ꝓpter eū: qui amore mei nud⁹ ⁊ vlaceratus pēdebat añ te. Amen.

¶ Item orōnes de quinqȝ dolorib⁹ btē Marie quas ſcūs Anſelmus capellanus eius ↄpoſuit incipientes ſingule a ſingulis lr̄is nominis Marie. Quas qui deuote dixerit: maximas cōſequit̄ grās a dño: ꝑut reuelatū fuit beato Joāni euāgeliſte: q̄ cū (vt de eo ſcriptū repitur) diu deſideraſſet videre beatā Mariā virginē poſt eius aſſumptionē in celū. tādē q̄daȝ vice raptus in celum: in viſiōe vidit ⁊ audiuit ꝙ beata virgo Maria narrauit filio ſuo ꝙ in h̄ mundo in q̄n qȝ doloribus ſubſcriptis ꝑcipue fuerit nimium perturbata. Xps igit̄ fili⁹ eius hoc audiēs ob ei⁹ honorē plurimas ꝓmiſit grās ⁊ ꝓrogatiuas ſe daturū illi qui eoſdē dolores deuote recoleret. Sunt igitur orōnes tales.

¶ Prima oratio.

¶ Mediatrix dei ⁊ hoīum ⁊ fons mīe indeſinēter effundens riuos copioſe gratie. Maria te rogo dulciſſima mr̄ dñi nr̄i ieſu xpi per illaȝ ꝑturbationē quam habuiſti in corde tuo pijſſimo: tūc ⁊ deinceps cuȝ ſymeon ſcūs ⁊ ſenex prophetando diceret. Tuā ipſi⁹ aīaȝ ptrāſibit gladius: vt petas q̄tenus idem b̄ndictus filius tuus de largiſſima clementia ſua mihi

donet per eandez perturbationē tuā indulgentiā oium peccatoꝝ meoꝛū. Et vt me liberet ab oibus malis p̄teritis p̄ntib⁹ ꝛ futuris. Amē.

¶ Secunda oṙo.

¶ Auxiliatrix dei ꝛ hoium ꝛ pacis eterne condimentū maria te interpello ſpecioſiſſima regina celi p illaꝫ doloroſam ꝑturbationē quā habuiſti in coꝛde tuo benigniſſimo ꝓ eo qḋ filiū tuū amātiſſimū p triduuꝫ amiſeras: vt roges cū q̄tenus ipſe propter eandē turbationē tuaꝫ mihi digneť dare plenaꝫ cognitionē: ꝑfectā ꝯtritionēꝫ: purā cōfeſſionē: ſpē firmaꝫ: certā ſecuritatē: a d̄o nunq̄ ſeparandū: ꝛ ita ꝑfectū ꝛ veꝝ amoꝛem: vt cum illo amoꝛe tantā merear mercedē in celo acq̄rere: ac ſi ei multis annis cū ꝑfectiōe ſctiſſime vite diligētius ſeruiuiſſeꝫ. Amē.

¶ Tertia oṙo.

¶ Reparatrix debilium: ꝛ vulnerate aīe efficaciſſima medicīa Maria te peto glorioſa dn̄a per illā ꝑturbationē quam h̄uiſti in coꝛde tuo clementiſſimo: ꝓ eo q̄ ꝑfidi iudei captiuauerunt ꝛ detinuerunt deſiderabilē vnigenitum vteri tui filiū: de quo cogṅuiſti in ſp̄ū q̄ volebat ꝛ q̄ pati debebat ꝓ ſalute humani gn̄is: q̄tenus deꝑceris eūdē filiū ꝓpiciatoꝛē ſeculi: vt ipſe pp eādē turbationeꝫ tuam de oī captiuitate: ꝛ ab oī tribulatōe coꝛpoꝛis ꝛ aīe anguſtiaꝝ ꝛ periculoꝝ meorū vna cū amicis meis: conſanguineis: familiaribus: ꝛ bn̄factoꝛib⁹ ꝛ recōmēdatis clementer eripiat: ꝛ ab oib⁹ malis i ꝑpetuū tueať. Amē.

¶ Quarta oꝛatio.

¶ Illuminatrix cecoꝝ ꝛ lucerna ſalutifere gr̄e Maria te flagito dulciſſima bōa mr̄ dei. per illam turbationem tuam quā habuiſti in coꝛde tuo ꝓpiciatiſſimo ꝓ eo q̄ amātiſſimus filius tuus a iudeis crudeliſſimis in cōſpectu tuo cum clauis acutiſſimis ſine ulla miſeratione viuifice crucis patibulo fuit affixus: vt poſtules ab eodeꝫ filio tuo quatenus p eādē turbationē tuā ignē d̄iui amoꝛis ꝑ ignē amoꝛis ꝛ paſſiōis ſue in coꝛde meo accēdat: q̄ me

ipſe ſummus ſacerdos ligno crucis ſubijciat nutriat: ꝛ in altari cordis mei iugiter ardeat ꝛ flāmeſcat: i cōmemoratiōe ſue ſctiſſime paſſionis ꝛ mortis: vt eiuſdē ſactatiſſime paſſionis ſue nunq̄ obliuiſcar. Et ſi ex īfirmitate valida: vel ex alia cauſa q̄cūq; ipediēte mēoꝛ eſſe nequero: ꝛ p eundem acerbe paſſiōis ſue doloꝛē in hoꝛa paſſionis mee: ꝛ ex multiplici mia ſua tm̄ mercedē in celis pcipere merear: ac ſi oēs otes meos ↄſumpſiſſez in mēoꝛia ſue ſacratiſſime paſſionis. Amen.

¶ Quinta oratio.

¶ Aduocatrix omniū pcōrū quos dānabiliter moles vicioꝝ depꝛimit: ſiniſq; nr̄e miſerie Maria te depꝛecoꝛ venerabiliſſima mundi dn̄a p illā intolerabilē turbatiōnē quā habuiſti in cōde tuo benigniſſimo in illa hoꝛa cū filius tu⁹ cūctis deſideratus gentib⁹: ac oībus vere amabilis de cruce depoſitus cuz recētibus vulnerib⁹ ꝛ pprio ſanguine rubꝛicat⁹ dat⁹ fuit a ioſeph in ſinū tuū: q̄ eſt corona iocūditatis oium btōruz in celi ſolio: vt pp eādez ↄturbationē tuaz ipſe me puenire dignetur abundātia grāꝝ ſuarū ꝛ copioſe miſericordie ſue: vt det coꝛp⁹ meū ꝛ animā meā in poteſtatem tuā: ꝛ in ſinū pijſſime miſericordie tue q̄ cunctis deuote poſtulantibus clemēter aperis in eternuz. Et ad illud ſinum gemebunduz ſic recipi affectuoſiſſime depꝛecoꝛ: ppter illum dulciſſimū infantulū tuū candidum ꝛ rubicūdū. Electū ex milibus. Qui theſaurus totius felicitatis tue extitit ꝛ eſt. Que in ſinu tuo dlicatiſſimo pꝛoprijs lactaſti vberibus: vt in pꝛeſenti vita: ꝛ pcipue in extremis meis te videre merear cum gaudio: ꝛ tue miſerationi regratiari valeam in ſecula ſeculoꝛum. Amen.

¶ Alie orationes de doloribus quinq; beate Marie.

Salue regina mr̄ miſericordie: cui⁹ cūcta viſcera cōmota fuerunt in paſſione dn̄i noſtri ieſu xpi. Pater noſter. Aue maria.

¶ O ſcā Maria tēpluz ſcē trinitatis admoneo te illius

anguſtie quam in corde tuo ſuſcepiſti ꝛ doluiſti dū filiū tuū vnicū ieſuȝ xp̄m quem ſaluo pudore concepiſti ꝛ ſine dolore genuiſti: ad templū tuis vlnis cū gaudio ꝺ tuliſti: cum ſymeon ꝓphetauit dicens. Et tuā aīam p̄ trāſibit gladi⁹ doloris eius. ꝓpter hūc dolorē impetra mihi verā pniaȝ cuȝ intima ꝯtritiōe oīuȝ pctōꝝ meoꝝ vt iuſtificet ꝛ illuminet ꝛ cuſtodiat me filius tuus ieſus xp̄s dn̄s nr̄. Amē. Pr̄. Aue.

¶ O ſctā maria ꝯmōeo te illi⁹ doloris quē ī cōde tuo ſuſcepiſti ꝛ doluiſti cū filiuȝ tuum ꝑdideras. ꝛ ioſeph mediāte cū magno labore q̄ſiſti: ꝛ tertio die ī tēplo dei inueniſti ī ope ꝛ ſtudio ad qꝺ a patre fuerat miſſus. Propter hūc tuū dolorē īpetra mihi a filio tuo dn̄o nr̄o ieſu xp̄o puraȝ ꝯfeſſionē ante diē exit⁹ mee aīe: vt donet mihi ꝛ ꝯcedat non meis meritis ſȝ ex ſue miſericordie abundantia eterne leticie premiuȝ. ideſt ſeipſum ꝛ ſuo aſpectu perfrui merear in eternum. Pr̄ nr̄. Aue.

¶ O ſctā maria moneo te illi⁹ miſerie quam hūiſti cū filiuȝ tuū q̄ celū ꝛ terrā creauit v̄bo: ꝛ oīa q̄ ī eis creata ſunt: in manu ſua potenti tenet. Illud verbuȝ a pr̄e ante tēpora genituȝ: ꝛ a te mr̄e ꝛ virgine natum. ip̄m a iudeis tentū ꝛ captiuū opprobrijs te vidēte: te loquente: te miſerabil̄r flēte: ad crucis patibuluȝ pro nobis quaſi latro fur ꝛ homicida ductuȝ. propter hunc dolorē tuū impetra mihi vt filius tu⁹ dn̄s nr̄ ieſus xp̄s abluat me a cunctis vinculis peccatorū. ꝛ a laqueis omniū inimicorum meoꝝ. Amen. Pr̄ nr̄. Aue.

¶ O ſācta maria moneo te illius miſerabilis aſpectus: dū reſpexiſti ieſuȝ xp̄m filiū tuū: in queȝ angeli ꝓſpicere deſiderāt: ꝛ quanto diutius contēplant̄: tanto ardētius inflammantur: qn̄ illius vultus pugnis ꝛ alapis illudebatur: ꝛ vix facies humana putabatur. Heu heu: que lingua: quis ſenſus pōt capere: qualis dolor tibi fuerit duȝ rauca voce tibi loquebat̄: ꝛ paulatim te p̄nte moriebat̄:

per quem toti mundo ſalus datur: pp hunc dolorē tuuz impetra mihi vt paſſio xpi filij tui ī me renouet: ⁊ augmentum virtutū mihi operetur. Pater nr̄. Aue ma.

¶ O ſācta maria moneo te illius lamentationis quā habuiſti ⁊ doluiſti qn̄ fili⁹ tuus dn̄s nr̄ ieſus xp̄s de cruce depoſitus fuerat: ⁊ tibi defunctus in gremio pōebat: per quē tota machina celi ⁊ terre regebat ⁊ regit tuum ſingulare gaudiū cōuerſuz fuit in luctum magnū quē viſcera tua partu pudico pertulerūt: quez vbera tua celico lacte lactauerūt: tūc in ſinu tuo mortuū tenuiſti: ⁊ totuz corpus eius lachrymis rigaſti: ⁊ oī triſtitia plena ſepata a ſeplchro dilecti filij tui māſiſti. propter hunc dolorem tuum fac me miſerum pctōrē pticipē eiuſdē doloris: ⁊ ſuſcipe me famuluz tuum in tuam clementē cuſtodiā. Et da vt in ſeparatione anime mee a corpore meo conſolationem tue preſentie inueniam: ⁊ pn̄tes me dn̄o noſtro ieſu xpo non ad iudicandū: ſed eternaliter tecū in regno ſuo ꝯregnādū. Am̄. P r̄ nr̄.

¶ Orō ad dn̄m nr̄m ieſum de quinqꝫ doloribus potiſſimis: q̄s ī ſua beatiſſima paſſiōe ſuſtinuit. ¶ Prīa orō.

O Amantiſſime ieſu moneo te illi⁹ agonis q̄ inter aīaz ⁊ corp⁹ tuuz fuit ex v̄tute amoris ⁊ timoris tue paſſiōis dū oēm dolorē tuū ⁊ terrorē in corde tuo poſuiſti: ⁊ paſſionē tuam ita p̄ſentialiter ad memoriā traxiſti ſicut in die paraſceues ſuſtinuiſti. O dulciſſime ieſu fili dei viui p iſtā amātiſſimam p̄cogitatiōez ⁊ deuotiſſimā orōnez quā oraſti. vt pr̄ tu⁹ ops trāſferret a te illaz horribilem paſſionem: da mihi miſero pctōri ita amare deflere oīa pctā mea vt ex tua iuſticia plenarie deleant: ⁊ tuā deuotiſſimā orōnez die noctuqꝫ deuote ⁊ ī vero fletu exerceā. ſicut mater tua ⁊ diſcipuli tui defleuerunt qn̄ mortuus es: ⁊ cū oīb⁹ vulneribus tuis in ſinu m̄ris tue v̄ginis marie iacuiſti. amen. Pater noſter. Aue.

¶ Secunda oratio.

O Mitiſſime agne dei ie ſu xp̄e imaculate: moneo te illi⁹ horribilis caſus quem ſuſtinuiſti cum te dn̄m maieſtatis ta3 horribilr ſup hiſpidū lignū ꝓiecerunt ita vt oīa vulnera tua: que i flagellatione ſuſcepas: renouata fuerūt. ⁊ cū h oēs iuncture tenerrimorū3 mēbrorum tuoꝝ. coſteq3 laterū ab inuice3 ſoluerent. Per iſtū horribilē caſu3 iploro tuā mia3 vt me ab iſta hora vſq3 ad finem vite mee tuearis ne vnquā cōmittam tale peccatu3 propter qd̄ neceſſe ſit me priuari mellifluа pn̄tia dſidera tiſſimi vultus tui: nec ſinas me fili dei viui i extrema hora mea incidere in aliquem errorem vel alienationē mētis. nec in laqueū deſperationis: ſed da mihi gr̄a3 tuā: vt ex toto corde ⁊ ex tota aīa ⁊ ex totis viribus meis defleam tua3 paſſionē: vt poſt hanc vitā cu3 electis tuis te pie laudare ⁊ eternalr tecu3 gaudere merear. Amē. Pr̄ nr̄ Aue.

## Tertia oīo.

O Unice amator meus xp̄e ieſu moneo te illi⁹ cōpaſſiōis ⁊ tremoris q̄ tūc ſūma extitit in te qn̄ matre3 tuā dilectā iuxta crucē flebiliter aſtare vidiſti: ⁊ nimis i pleta3 cōpaſſione ⁊ anxietate: pp qd̄ te vidit ita lamētabiliter pati crucifigi ⁊ te loquentem ad ea3 Mulier ecce filius tu⁹ audiuit. Per ipſam compaſſionem da mihi vt ide3 gladius cōpaſſionis tue qui tranſuerberauit dilectiſſimā aīa3 dilecte matris tue trāſfige cor ⁊ aīa3 mea3 q̄ten⁹ valeā tibi ꝯdolere ⁊ ꝯflere omnē dolorē tuū. vt tu mihi pīna miſeratiōe ⁊ ipſa materna dilectione valeatis cōpati ⁊ ſuccurrere mihi in oībus neceſſitatibus meis. Amen. Pater nr̄. Aue ma.

## Quarta oīo.

O Refugium delectabile oīm ꝯſolatoꝝ ieſu xp̄e moneo te illi⁹ anguſtie q̄ dixiſti. De⁹ de⁹ me⁹ vt qd me dereliqſti. ⁊ p illā ꝯſolationē q̄ p hūanitatē relinquere voluiſti q̄ſi oblitus ei⁹ ꝙ deus verus eras. ⁊ ei conſubſtantialis per oīa tribue mihi famulo tuo: vt cunctis trāſitorijs ita penit⁹ abdicā in qb⁹

nūc tpalr valerez delectari: & nō derelinquas me in mul timodis aduerſitatib⁹ & pe riculis contriſtari: nec vexa ri ab aliquo malo hoīe aliq̊ mō: nec a dyabolo nec a no ciuo aīali: ſed in nouiſſimis meis tpib⁹ mihi pie aſſiſtas dū ab oībus deſeror: & reci pe tremebundam aīaz meaz inter leuiſſima brachia tua dulciſſime pīnitatis tue di cens. Cōſtans eſto: ego pro tector tuus ſum & redēptor ego nūq̄ te deſerā. amē. Pr nr. Aue. ¶ Quīna orō.

O Dulciſſime ieſu mōeo te illi⁹ doloris & ãxieta tis in quā deueniſti dūz poſt detractionē pīni auxilij ago nizans: amore: & dolore paſ ſionis q̄ te ſupabūdans dul cedo dilectionis ſuperauit vſq; ad exitum tuū melliſlu um cor tuum ſcindebat: per ipſam diuinā agonizationez tuā largire mihi vt valeam cor meuz penitus trahere a cūctis diſplicētib⁹ ſic q̄ fiaz ac ceptabilis precordialiſſi mo ſpōſo meo & vnico ſola tio meo: vt in hora exit⁹ mei magis ex vi vehementiſſimi deſiderij & amoris tui aīa mea ad te ãhelet: q̄ pauore & pena ſeipſam pturbet. Et oa ut tecum in eternum per maneat. Amen. Pater no ſter. Aue. Oremus.

DOmine Jeſu chriſte me mento q̄ tu dixiſti. vi uo ego & nolo mortē pecca toris. Ideo reſpice ſuper me oculis tue mie: qb⁹ reſpexi ſti btm̄ petrū lachrymantē in atrio: & Mariā magdale naz penitētem in cōuiuio: & latronē pendentē in crucis patibulo: & cōcede mihi oñs deus: vt oīa pctā mea ſic cū Petro apoſtolo digne de fleam: cum Maria magda lena te perfecte diligam: cuz latrone pendēte ī crucis pa tibulo te eternaliter vide re valeam. Pater noſter. Aue maria.

¶ Quicūq; ſubſcriptā ora tionē. xxx. dieb⁹ deuote di xerit in honore ſctiſſime paſ ſionis dn̄i nr̄i ieſu xpī. Et ī honore btiſſime v̄ginis ma rie mr̄is eius. Quecūq; lici ta petierit: miſericorditer obtinebit. qđ experimento ſepius pbatum eſt.

Sancta maria ꝑpetua vgo vginū: mr̄ mie: mr̄ grē: ſpes oiuꝫ deſolatoꝝ cō ſolatrix oium deſperātium. ꝑ illū gladiū doloris q̄ tuaꝫ ꝑtrāſiuit aiaꝫ dū vnigenitꝰ filius tuus dominus noſter ieſu xp̄s ſupplicium mortis pateretur in cruce. Et ꝑ illum filialem affectum quo ipſe materno dolori cōpaſſus integerrime dilectionis ſue vicario ſancto Joāni te prouidendam cōmendauit. Compatere ꝯdole: conſule: queſo anxietati: aduerſitati: infirmitati: paupertati: ſollicitudini: ꝛ q̄licunq; neceſſitati mee. O miſeratrix miſerorum: dulcis conſolatio afflictoruꝫ: ac mater miſericordiarum: deſolatoruꝫ pijſſima conſolatrix: ꝛ i omni neceſſitate pupillorum: prompta adiutrix. Exaudi ergo preces meas ꝛ reſpice orbitatis mee ꝛ miſerie lachrymas. Et quia in diuerſis malis ꝛ āguſtijs propter peccata mea poſitus ſum: ignoro ad quem fugiam niſi ad te dominam meaꝫ dulciſſimam virginem mariam genitricem domini noſtri Jeſu chriſti conformem ac cōſilēꝫ ac reformatricē hūanitatꝭ nr̄e. Ergo aures tue pietatis ſiue ꝯſuete mie tue precibꝰ meis benigne accōmoda. Per viſcera miſericordiſſimi filij tui: per dulcedinē quā tūc habuit qn̄ humanum genus amplexatus eſt: vt deliberaret vna cum pře ꝛ ſpū ſcō carnē pro nr̄a ſalute aſſumere fragilē: ꝛ āgelo annūciante ꝛ ſpū ſctō obūbrante de te pijſſima virgo maria icarnatꝰ ē: ꝛ nouē mēſibus in tuo ſctiſſimo vtero clauſus deus ꝛ hō geſtatus eſt: ac ꝯcurſis nouē mēſibus ſpū ſancto cooperante glioſam aulā tui vginalis vteri egrediens: nō aſpnatꝰ ē viſitare mūdū ꝑ anguſtiā quaꝫ ideꝫ filiꝰ tuꝰ dn̄s nr̄ ih̄s xp̄s habuit qn̄ in monte oliueti pr̄em iuocauit. vt ſi fieri poſſet tranſiret ab eo calix paſſionis ſue. Per trinā orōnē eius: ꝑ triſtē quoq; inceſſuꝫ tuū quo ſecuta es eū cum lachrymis ad crudele ſpectaculū paſſiōis eius ꝛ mortis. Per ꝓbra: ſputa colaphos

cē toto corpore extēſuʒ: ⁊ ſi ne culpa vulneratū inoxiaſ manus eius precioſiſſimuʒ ſanguinem ꝓpinantes: beatos pedes eiuſ precioſo ſanguine ſtillantes: inermelat⁹ vnici filij tui crudeli perfoſſuʒ lācea. Candet nudatuʒ pectuſ ei⁹: rubet cruentatuʒ latus ei⁹: tenſa arēt viſcera: decora languet lumina: regia pallent ora: ꝑcera rigēt brachia: pendēt crura marmorea: rigat terebratos pedes ſanguinis vnda. Grās tibi ago domine Jeſu xp̄e q̄ āmirabili bonitate tua obediēſ fuiſti deo patri vſqȝ ad mortem: crucis opprobriuʒ ſubire voluiſti. Moneo te ois humani laboris ⁊ diuini amoris. vt ſuper me ⁊ ſuper oēs amicoſ meoſ viuoſ ⁊ d̄functos: ⁊ ſup oēs hoīeſ quos precioſi ſanguinis tui caractere ſignaſti: vt miſerearis oibus nobis ſm magnaʒ miſericordiam tuam. Gratiaſ tibi ago dn̄e ſancte ſpūs: qui noſtre redēptiōis conſiliū fuiſti. Ipſe es ignis charitatis: q̄ ſic ariduʒ fecit ieſum xp̄m filiuʒ dei: qn̄ pendebat in cruce vt nec gutta ſanguinis remaneret in illo: ideo rogo te vt ſecreto conſilio ⁊ crebro ſuſurrario tuo ſic contrahas ad te oēſ noſtros ſenſus vt nihil in nobis moueatur cōtra voluntatem tuam.

¶ De depoſitione Jeſu de cruce ⁊ veneranda ſepultura eius ⁊ de deſcenſu anime ieſu ad inferna ⁊ patrum inde liberatione.

Gratiaſ tibi ago domine ieſu chriſte: ꝙ es de cruce fideli a diſcipulo tuo ⁊ a maria mater tua meſtiſſima cū nimio dolore ⁊ amariſſimis lachrymis ſuſcept⁹. Deinde ſacratiſſimum corpus tuum lotum ⁊ ſyndone munda inuolutum ⁊ circa occaſum ſolis fuit ſepultum. Suſcepiſti funeris exeqas quas non dubium eſt milia milium angelorū celebraſſe qui omnes conuenerant ad ſepulturam domini ſui: ideo rogo te per beatiſſima exequiarum tuarum lamēta: ⁊ per ineffabileʒ dolorē matris tue quē habuit quādo te imortalem deum in ſi

nu'ſuo tenebat ⁊ videbat tã
miſerabiliter tractatũ: cruẽ
tatum ⁊ vulneratum ⁊ moꝛ
tuum tam turpiſſima moꝛte
⁊ totam terram tuo ſangui
ne cruentatam. Et per pꝛo·
fundam humilitatez qua tu
nobilis theſaurus requieſce
re voluiſti in coꝛde terre: vt
abſcondas me in abſcondi
ta dulcedine tue contempla
tionis: ⁊ ſerues me in teipſo
vt coꝛpus meum ſepeliatur
in pace ⁊ nomen meum vi·
uat in gloꝛia. O triumpha·
toꝛ nobilis: tunc ſancta ⁊ fe
anima tua ad inferni clau·
ſtra deſcendit: ⁊ tu rex eter·
ne gloꝛie virtute tue diuine
poteſtatis poꝛtas ereas ⁊ ve
ctes ferreos cõfregiſti ⁊ dia
bolum ⁊ miniſtros eius alli
gaſti ⁊ electos tuos qui ibi
captiui tenebantur ad gau·
dia paradiſi perduxiſti ideo
rogo te per illam ineffabilẽ
letitiam quã acceperunt ani
me electoꝛuz tuoꝛum vt mi
ſerearis animabus patrum
noſtroꝛum fratrum ⁊ ſoꝛoꝝ
omniumqꝫ parẽtum noſtro
rum ⁊ omnium fidelium de
functoꝛum qui de hac vita
tranſierunt: ⁊ qui nobis in
oꝛatione commẽdati ſunt: ⁊
quoꝝ vtimur vel vſi ſumus
elemoſynis donis aut bene
ficijs: ⁊ qui ſingularem inter
ceſſoꝛem apud te non ha·
bent: ⁊ pꝛo omnibus tuam
clementiam depꝛecare deſi·
deramus: ⁊ omnium chꝛiſti
fidelium vbicunqꝫ requieſcẽ
tium. Amen.

¶ De gloꝛioſa reſurrectio
ne domini Jeſu ⁊ eius mul/
tifoꝛmi apparitione ⁊ fami·
liari conuictu ⁊ loquella cũ
diſcipulis.

Gratias tibi ago do·
mie ieſu chꝛiſte: ꝙ ter
tia die reſurrexiſti a mõtuis
⁊ reſurrectione tua gloꝛifi·
caſti coꝛpus humilitatis no
ſtre. Et ipſo die apparuiſti
Marie magdalene: ⁊ mulie
ribus a monumento reuer·
tentibus occurriſti dicens:
Auete. Et ille acceſſerunt ⁊
tenuerunt pedes tuos. Et
duobus diſcipulis etiaz eun
tibus in emaus ipſo die ap·
paruiſti: ⁊ cognitꝰ es ab eis
in fractione panis: ⁊ iterum
ianuis clauſis introiſti ad di
ſcipulos ⁊ dixiſti: pax vobis

bis: ego ſuȝ nolite timere: ⁊ cozá illis manducaſti partē piſcis aſſi ⁊ fauum mellis. Et ad mare tyberiadis manifeſtabas te diſcipulis tuis: ⁊ accepto pane dediſti eis ⁊ piſcē ſimiliter. Et valde amicabiliter locut⁹ eſ cū illis maxime cuȝ petro q̄ te negauerat. Et p⁹ dies octo iteȝ diſcipuliſ tuis apparuiſti: ⁊ pacem tuā illis tribuiſti: ⁊ thomā icredulū oñſiōe vulnerū ꝯfoꝛtaſti. Per hāc glorioſam reſurrectioneȝ ⁊ per illud gaudiū oīum tecū reſurgētiū fac me ⁊ omnes amicos meos reſurgere cuȝ magna glīa ⁊ honoꝛe. Am̄.

¶ De admirabili aſcenſione domini.

Laudo ⁊ glīfico te, domine ieſu chriſte deus meus ꝓpter hoc tēpus q̄ a die glorioſe reſurrectionis tue vſq; in diem admirabilis aſcenſionis peregiſti: q̄a in hoc tempoꝛe ſepe apparuiſti diſcipulis ⁊ aliīs fidelibus amicis tuis cōſolans amicabiliter eoꝝ triſtia coꝛda: ⁊ confirmans eos ī fide ſpe ⁊ charitate tua. Et poſtremo aſcēdiſti ī mōtē ⁊ eleuatis māib⁹ ōdiſti eis tuāȝ diuinā bñdictionē: ⁊ ī conſpectu oīuȝ aſſiſtētiū eleuat⁹ es ī celuȝ repñtanſ victricis carnis gloriā vultui patris ⁊ ſedes ad dexterā eius coomipotēs ⁊ coetern⁹ dño accīct⁹ lumie ⁊ coꝛōat⁹ glīa ⁊ honoꝛ habēſq; nos ſcriptos ī manib⁹ tuis: vt nunq̄ obliuiſcaris noſtri in perpetuum. Amen.

¶ De miſſione ſancti ſpiritus in die ſcō penthecoſtes.

GRatiaſ tibi ago dñe Ieſu chꝛiſte q̄ poſt dies decem miſiſti credentibus ſpm̄ ſanctū pꝛomiſſum vt illuminaret ⁊ cōfoꝛtaret coꝛda noſtra: ⁊ incitaret ad charitatem tuaȝ: ⁊ ꝓmiſiſti nobis, dicens: ego vobiſcuȝ ſum vſq; ad ꝯſūmationē ſeculi: ⁊ dediſti nobis coꝛpus ⁊ ſanguinem tuū in pignus ſalutis eterne. Ideo rogo te vt vbicūq; hoc myſteriū celebꝛat in vniuerſa terra participem me facias: ⁊ omnes amicos confeſſoꝛes ⁊ benefactoꝛes meos viuos ⁊ defunctos. Amen.

¶ De ſecūdo aduentu domini ieſu ad iudicium: ⁊ de condigna remuneratione ⁊ gloꝛificatione iuſtoꝛū: ⁊ de punitione impiorum.

Laudo ⁊ glꝛifico te dñe ieſu xp̄e deꝰ meus ꝓpter nimiam charitatē que te de celo traxit oīa ꝓmiſſa facturum ⁊ paſſurū ab hominibus iudicantur. Et q̄a in magna humilitate iudicatꝰ es. Jdeo cū magna poteſtate iudicaturꝰ venies ſeculū per ignē. Tūc nō pmittas nos cū maledictis ꝯdēnari: ſed cū benedictis: qui tūc fulgebūt ſic̄ ſol in regno patris tui poſſidere gaudia eterne beatitudinis. Amen.

¶ Laudo ⁊ glꝛifico te dñe ieſu xp̄e deꝰ meꝰ ꝓ omni gloria ⁊ honoꝛe ꝓ gaudio ⁊ iocunditate quā habes in te ipſo: ⁊ quā pura humanitas ⁊ ſancta diuinitas īuicē accipiūt. Et quam beata virgo Maria gloꝛioſa regia celorū ⁊ nobilis maris ſtella hodie habet ante ꝯſpectū tuū: ⁊ cū ipſa oīs celeſtis exercitꝰ in perpetuū debet habere.

¶ Laudo ⁊ glꝛifico te ꝓ omnibꝰ delitijs quibꝰ ſatias ⁊ iebꝛias oēs te ītuētes q̊s de miſeria huiꝰ vite ad eternā regē transferre dignatꝰ es.

¶ Laudo ⁊ glorifico te ꝑ multitudinē dulcedinis tue quā mirabiliter īſpiras cordibꝰ amatoꝝ tuoꝝ: ⁊ ꝓ cōuerſiōe oiū quos ſine pctō de hoc mundo exire feciſti.

¶ Laudo ⁊ glꝛifico te ꝓ omni miſericoꝛdia quā peccatoribꝰ vnq̄ exhibuiſti: patienter eos expectādo miſericoꝛditer reuocādo: benigne ſuſcipiendo abundanter grāz dando: ⁊ ad tantā familiaritatē quaſi non peccauerint admittendo: ⁊ ꝓ his q̄ ſunt ī purgatoꝛio q̄ pmittis eos ibi pati q̄ hic pſoluere non valebāt. Sicq̄ ꝑparari ad regē de qua eos ſecuros feciſti: ⁊ pꝛe omnibꝰ creaturis quas pꝛopter nos creaſti: ⁊ vniuerſis vtilitatibus quas de terra ſummimus vt eis ōbite vtētes ad remedia infirmitatū noſtrarū ad laudandū te eternaliter pueīre valeamꝰ. Qui viuis ⁊ regnas deꝑ oīa ſecula ſcloꝝ. Amē.

¶ Gratiarum actiones de

ſingulis beneficijs particu-
laribus alicui homini ſingu
laria a deo impenſis

Laudo ꝛ glĩfico te dñe
deus me⁹ ꝙ ab eterno
me in corde tue trinitatis p̄
deſtinaſti: ꝛ rõnabilem ho
minē me creaſti: ꝛ de xp̄ia
nis parẽtib⁹ me naſci volui
ſti: ꝛ largit⁹ es mihi quinqꝫ
ſẽſus meos: ꝛ oĩa neceſſaria
mẽbra corporiſ mei ꝛ ad ba
ptiſmi grãꝫ me perduxiſti ꝛ
ab infantia mea ſubtraxiſti
me de ſeculo ĩ ſpiritalẽ vitã
ꝛ in ipſa vita õſendiſti me a
multis p̄iculis anime ꝛ cor
poris. Et clemẽter ſuſtinui-
ſti ꝛ ſuſtẽtaſti me ĩ prauitate
ꝛ tepiditate vite mee: ꝛ lar
git⁹ es mihi valde gratãter
victũ ꝛ veſtitũ: ꝛ oĩa neceſſa
ria mea oĩb⁹ dieb⁹ vite mee.
¶ Laudo ꝛ glĩfico te ꝙ an
gelum quem in cuſtodiam
meã deputaſti tam amabilẽ
ꝛ glorioſum feciſti: vt vultũ
tue clare maieſtatis iugiter
ĩtueatur: cũ tamẽ die ac no
cte ſuper aĩaꝫ meã ꝛ corpus
meuꝫ ſollicitare non ceſſet.
¶ Laudo ꝛ glĩfico te ꝑ oĩ
b⁹ viſitatiõib⁹ ꝛ monitiſ q̃ſ
cordi meo qualitcũqꝫ modo
vnq̃ exhibuiſti: ꝛ ꝑ oĩ grã
tua: ꝛ ꝑ oĩb⁹ bñficijs tuis q̃
mihi ꝛ oĩb⁹ amicis meis ꝛ
vllo hoĩ vnq̃ feceſti ĩ corpo
re ꝛ anima. Per hec oĩa ro
go te vt accẽdas cor ꝛ aĩaꝫ
meaꝫ ardore tue charitatis
vt tu ſolus ĩ me viuas meqꝫ
tibi ſoli viuere facias. Qui
vi. ꝛ reg. de⁹ p omnia ſecu.
¶ Hoc finito dicatur Te
deuꝫ laudamus per totum.
poſtea collecta.

Deus qui contritorum
non deſpicis gemitum
ꝛ merẽtiuꝫ non ſpernis affe
ctũ. Intercedentibus omni
b⁹ ſanctis precibus tuis ade-
ſto p̄cibus noſtris quas tibi
ꝑ tribulatiõe noſtra effũdi
mus: eaſqꝫ clemẽter ſuſcipi
ens tribuas: vt q̃cq̃d cõtra
nos dyabolice vel humane
moliuntur aduerſitates ad
nihilũ redigat: ꝛ cõſilio tue
pietatis alliđat: vt nulliſ ad
uerſitatibus leſi ſꝫ de omni
tribulatione ꝛ anguſtia ere
pti: leti in eccleſia tua ſcã ti
bi grãs referamus. Per do
minũ noſtrũ ieſuꝫ xp̄m filiũ
tuuꝫ: qui tecũ viuit ꝛ reg.

¶ Explicit tot⁹ ꝓceſſus d̄ vita paſſione: reſurrectiōe: ⁊ aſcēſione domini noſtri ieſu xp̄i necnon ſpiritusſancti miſſione: oībuſq; alijs beneficijs domini a deo collatis

¶ Recōmēdatio iam dicti ꝓceſſus i qua ponūt vtilitates q̄s q̄libet ꝯſequit ex deuota meditatiōe vite ⁊ paſſiōis domini noſtri ieſu xp̄i.

Si deſideras pfecte mundari a vicijs: ſi nobiliter ditari i virtutib⁹. Si altiſſime illuſtrari in ſcripturis. Si glorioſe triūphare d̄ inimicis. Si copioſe conſolari in aduerſis. Si deuote conuerſari in terris. Si frequēter cōpungi i cubilibus. Si dulciter flere in orationib⁹. Si feruēter accēdi in meditationib⁹. Si pſeuerare i bonis actibus. Si repleri ſpiritalib⁹ gaudijs. Si rapi i exceſſu mētis. Si diuinis frui ſecretis. Si feliciter mori in extremis. Si perenniter regnare in celis. Exerce te in vita ⁊ paſſiōe domini noſtri Ieſu xp̄i filij dei: quez pater miſit in mūduz: vt omnibus preberet perfectionis exemplu; ⁊ ſequaces ſuos ad eternum perduceret regnū. Ama igitur chriſtum: ſequere ieſum. Amplectere crucifixum. Memor ſis quandiu fueris laborum ⁊ dolorum quos pertulit i predicando fatigationum in diſcurrēdo tentationum in ieiunando: vigiliarum i orādo: lachrymarū i cōpatiēdo. Recordare etiā dolorū eius: conuiciorum ſputorum: colaphorum: ſubſānationū exprobrationū clauoruz horūq; ſimiliū. Hec meditari dic ſapientiaz. In his iuſtitie tibi perfectionē conſtitue: plenitudinē ſciētie diuitias ſalutis: copias meritorum hec te erigunt in aduerſis in proſperis remittunt. ⁊ inter leta triſtiaq; vite pſentis pſente via regia incedēti tutum pbent vtrobiq; ducatum. hincinde mala īminentia ꝓpulſādo. ꝓpterea hec tibi in ore frequēter: icorde ſemp. ſ tua ſublimior phia ſcire ieſuz ⁊ hunc crucifixū.

¶ Incipiunt gratiarum actiones domino deo omnipotē ti ſup ope creationis mūdi:

per ſingulos dies hebdoma de dicēde: correſpondentes rerū creationibus in eiſdez diebus a dño deo peractis.

Et pmo dic dominica die.

Gratias tibi agim⁹ oi potēs deuſ ꝙ hodie feciſti celi pulchritudinē ꝛ terre latitudinē ꝛ tenebraꝝ dēſitatē ꝛ luciſ amenitatē. Nobilēq; illā creaturā ſpirituū angelorū. O miſericors deus: da nobis in hac die celica cōtemplari: ꝛ non de terrenis meditari: da nobis lucis tue claritatez: ꝛ excluſis tenebris angeloꝝ puritatē.

Feria ſecunda.

Gratias tibi agim⁹ oi potēſ de⁹ ꝙ hodie feciſti pulchrā ſperaz firmamēti: qđ celum vocari voluiſti. O clemētiſſime deus da nobiſ toto corde eleuari i celū ꝛ te dulcē dñm ꝯtēplari: qui cibus es angelorū atq; omnium ſanctorū ipſos paſcēs notitia tue deitatis ꝛ gloria.

Feria tertia.

Gratias agim⁹ tibi oi potēs de⁹: ꝙ hodie feciſti maria ꝛ gramina ꝛ herbas q̈ſcūq; virētes: ꝛ in ſua ſpē florētes ac germinātes. O mitiſſime deus: da nobis aquas ſpūs tue gratie ꝛ cōpunctionis lachrymas: aq̄ſ q; penitētie ſalutaris: da virtutum virorē: tuūq; dulcem amorē: vt tibi ſemꝑ placeamus ꝛ a te nūq̄ diſcedam⁹.

Feria quarta.

Gratias tibi agim⁹ oi potēs de⁹: qui hodie ſolem: lunaz ꝛ ſtellas feciſti ꝛ eis mundum illuminaſti. O piiſſime deus: da corda nr̄a intus irradiari celeſtiū memoria ne ab etno bono deuiemus ſed te ſequēdo lucem perpetuā inueniamus.

Feria quinta.

Gratias tibi agim⁹ oi potēs de⁹: qꝛ hodie ī aqs piſceſ: ꝛ ī aere volatilia creaſti. O bone deus da nobis ī hac mortali vita ſic natare in aqs mūdi: vt a pctis ſim⁹ liberi ꝛ ꝑ volatū virtutum habeam⁹ iter tutū trāſeundo ad gaudia paradiſi.

Feria ſexta.

g Ratias tibi agim⁹ oipotēs de⁹: qui hodie feciſti iumēta ꝛ reptilia ꝛ beſtias terre. ac hominez

rectum ad tuam ſimilitudi-
nem dans ei liberuꝫ arbitri
um ⁊ vniuerſe creature dñi
um. O chariſſime deus: cuꝫ
apud te tm̄ floꝛeant hoīes ⁊
ratione vigeat: da vt omnē
beſtialitatē ⁊ maluꝫ reſpua
mꝰ ⁊ te ſūmū bonū eligamꝰ.

¶ Sabbato.

GRatias tibi agimꝰ oī
potens deus: vt qui
die ſeptimo ab omni opere
ꝙ patraras quieuiſti: ⁊ ob
hoc ipſum ſanctificās eideꝫ
benedixiſti. O dulciſſime de
us da nobis in te ſūmo bo-
no dulciter quieſcere: ſem-
perqꝫ laudes tibi reddere:
operaqꝫ tua omnia celeſtia
terreſtria ⁊ te creatoꝛē om
niū collaudare: ⁊ dignis lau
dibus ſemper extollere: qui
nos benigne: ⁊ ad ſalutē no
ſtram feciſti omnia. Amen.

¶ Sequuntur deuotiſſime
oꝛationes ante miſſam a ſa
cerdote dicēde. Pꝛimo oꝛa
tio ſancti Martini pape an
te miſſam multum vtilis.

O Domine ieſu chꝛiſte
fili dei viui miſerere mi
hi miſero peccatoꝛi: ⁊ omni-
bus ſeruis tuis qui tibi ho-
die ſacratiſſimum ac pꝛecio
ſiſſimum ſalutis noſtre pꝛe-
ciuꝫ: ꝓcioſi videlicet coꝛpo
ris ⁊ ſanguinis tui offerunt
ſacramentū: ⁊ da nobis gra
tiam ⁊ virtutem ⁊ foꝛtitudi
nem imolandi: offerendi ac
ſumendi hoc ſecrū ſanctum
coꝛpus ⁊ ſanguinem tuū in
fide recta ſpe firma: ⁊ chari
tate perfecta cum augmen
to humilitatis ⁊ patientie:
obediētie caſtitatis ac totiꝰ
ſanctitatis: In honoꝛem ⁊
laudem ſancte ⁊ indiuidue
trinitatis beatiſſimeqꝫ v̓gi
nis Marie. In gaudio ſan
ctorum archangeloꝝ ⁊ an
gelorum: ⁊ patriarcharū ꝓ
phetarum: apoſtoloꝛū mar
tyrum: confeſſoꝛum: atqꝫ v̓
ginum ⁊ omniuꝫ ſanctoꝛuꝫ
atqꝫ electoꝛuꝫ tuoꝛum iam
in eterna patria letantium
Et pꝛeſta: vt ſicut illos iam
pleno ac ſereno ſplēdoꝛ vul
tus tui ſine defectu ſatias.
Sic nos degētes in hac mi
ſeria tua gratia reficias: ⁊
eos qui in penis ſunt purga
toꝛꝗ ac ibi eſtuant tua miſe
ricoꝛdia eripias: ⁊ ſicut es il
lis in gaudiuꝫ: ſic nobis hu

ius vitalis ſacramēti perce-
ptio ſit in ſubſidiū: ⁊ his qui
in penis ſunt in refugiū. Mi
ſerere igit̄ clementiſſime. do
mine Jeſu chriſte per huius
viuiſici ſacramenti virtutē
ſancte ⁊ vniuerſali eccleſie:
⁊ omnia mala: ſcilicet here-
ſes: diſcordias ⁊ diſſenſiões
ab ea euelle: errantesq̧ i ea
corrige: incredulos ad fidē
conuerte ſciſmaticos ad vni
tatem ſancte eccleſie fac re-
dire: ⁊ ipſis lumen tue veri-
tatis oſtende: peccatoribus
veram penitentiam largire:
iuſtos i bono propoſito fac
perſeuerare populo chriſtia
no miſerere: clerum defende
religioſos i ſeruitio tuo ſan
cto conſeruare dignare: om
nesq̧ laborantes conforta:
triſtes conſolare: infirmis ſa
nitatē corporis ⁊ anime re
ſtitue: pauperibus ac egenti
bus omnia corporis ⁊ ani-
me neceſſaria tribue: pere-
grinis ⁊ exultātibus cū ſalu
te ad ꝓpria fac remeare: in
periculis aquarū poſitis ad
portū ſue volūtatis fac per
tingere: pregnantib⁹ partū
gaudiȳ miſericorditer largi-
re. In vinculis ⁊ carceribus
detentos abſolue: omnibus
cum quib⁹ peccauimus: vel
quos ad peccādū induxim⁹
⁊ nobis miſericors pī indul
ge oīb⁹ quos cōturbauim⁹:
leſim⁹: ſcandalizauimus: vel
defraudauimus tu gratioſe
creator perſolue oīb⁹ paren
tib⁹ amicis ⁊ inimicis cōfra
trib⁹ ⁊ conſanguineis fami
liaribus ⁊ benefactoribus ⁊
quorū vtimur vel vſi ſumus
elemoſynis: omnibusq̧ pro
nobis deum exorantib⁹: vel
orationib⁹ noſtris ſe cōmen
dantib⁹ oia bona tribue: ⁊
eos ab omni malo defende:
in tuoq̧ eos ſeruitio fac pſe
uerare vſq̧ in finē. Et poſt
huius curſum miſerie ad te
qui es vera pīa merces pre
miū eternū ⁊ gloria da ꝑue-
nire. In tribulationib⁹ ⁊ pſe
cutionib⁹ ⁊ tentationib⁹ ad
te clamentes auxiliare. In
agone poſitis de hoc quoq̧
ſeculo exituris ſuccurrere: ⁊
aīas eoꝝ a faucib⁹ rugiētis
inimici eripe. Inimicis no-
ſtris ⁊ nobis veram charita
tem largire: omnibusq̧ tuis
fidelib⁹ per huius ſacramē-

ti ṽtutez ꝑſta ſubſidiũ auxiliũ ꝛ cõſolamẽ. Adhuc in carne presentibꝰ tuã gratiã largiendo futuros tua miſericordia ꝓueniẽdo. Preteritis vero oibꝰ eternã requiẽ tribuendo deus qui trinus ꝛ vnus per cuncta ſeculorũ ſecula benedictus. Amẽ.

¶ Imploratio patronoꝝ.

Et vt efficax mea depꝛecatio ſit: btẽ marie ſꝑ virginis ſuffragiũ peto quã tanti meriti eẽ feciſti: vt prima inter mulieres oẽs hoc nouum munus infirmitatis offerret: vt deum virgo pareret: ꝛ poſt partũ ṽgo permaneret. Aſſit mihi queſo ſemꝑ ꝛ vbiq; beatoꝝ angeloꝝ cuſtodia ꝛ ꝑſta vt apud te pro me miſero pctõre ſanctoꝝ angelorũ agmina intẽcedant. Interceſſiones apoſtolorũ iploro qui btiſſima xp̃i paſſionis veſtigia ſunt ſecuti ꝛ ad tantã celſitudinẽ ꝑuenerunt: vt quecũq; ligarẽt ſuꝑ terrã eſſent ligata ꝛ in celis: ꝛ ſedẽt ſuꝑ thronos duodecim iudicãtes .xij. tribu iſrael. Martyruz preces expoſco, qui pro tuo nomie ſanguinem ſuum non dubitauerũt fundere: ꝛ duxerũt animas ſuas vſq; ad mortẽ vt mortis auctorẽ ſuparẽt. Confeſſoꝝ orationes expoſtulo: qui bella tantationuz pie dum viuerent in chatolica fide ꝛ hereticorum cõfictione diutiſſima certamina pertulerũt. longiores occultiq; martyrij palmas acceꝑunt. Subueĩat mihi apud miſericordiam tuaz chorus ſcãrũ ṽginũ tuaꝝ: quaꝝ ꝓncipatũ tenet btã ṽgo maria vbi ipſa cũ oibꝰ ſanctis intercedat: vt ad vitam perueniam ſempiternam: te miſerante ꝛ donante. Qui cum patre ꝛ ſancto ſpiritu viuis ꝛ regnas deꝰ per. o. ſe. ſe. am̃

¶ Item oratio ſancti Ambroſij ante miſſam.

Summe ſacerdos ꝛ vere pontifex: qui te obtuliſti deo patri hoſtiam puram ſanctam ꝛ imaculatam in ara crucis ꝓ nobis miſeris peccatoribus: quiq; dediſti nobis carnem tuam ad manducandũ ꝛ ſanguinẽ tuuz ad bibendũ: ꝛ poſuiſti illud myſteriũ in virtute ſpiri

tuſſancti dicens. Hec quoti
enſcūq; feceritis: in mei me
moriā facietis. Rogo p ſan
guinē tuū pcioſum magnuz
ſalutis noſtre pciū. Rogo p
hanc mirā ⁊ inenarrabilem
charitatē: qua nos miſeros
⁊ indignos ſic amare digna
tus es: vt lauares nos a pec
catis noſtris ī ſanguine tuo.
Doce me indignum ſeruuz
tuum quem etiaz inter cete
ra dona tua ad officiū ſacer
dotale vocare dignatus es
nullis meis meritis: ſed ſo
la dignatione miſericordie
tue. Doce me queſo per ſpi
ritum ſanctum tuum tm̄ tra
ctare myſteriū ea reuerētia
⁊ honore: ea deuotione ⁊ ti
more quib⁹ oportet ⁊ decet.
Fac me per gratiaz tuā ſem
per illud de tanto myſterio
credere ⁊ intelligere, ſenti
re ⁊ firmiter tenere: dicere
⁊ cogitare ꝙ tibi placet: ⁊
ꝙ expedit ad ſalutē anime
mee. Intret ſpirit⁹ tuus bo
nus in cor meum: qui ſonet
ibi ſine ſono ⁊ ſine ſtrepitu
verboꝝ: loquat oēm verita
tez tātoꝝ myſterioꝝ: pfun
da quippe ſūt nimis. ⁊ ſacro
tecta velamīe. pp magnam
clemētiaz tuā concede mihi
miſſarū ſolēnia puro corde
⁊ mūda mēte celebrare. Li
bera cor meum ab imūdis ⁊
nephādis a vanis ⁊ noxijs
cogitationibus. Muni me
bonorum angeloruz pia ⁊ fi
da cuſtodia: atq; fortiſſima
tutela vt hoſtes omniū bo
noꝝ confuſi diſcendāt p vir
tutē tanti myſterij. Et p ma
nuz ſancti angeli tui repelle
a me ⁊ a cūctis ſeruis tuis di
riſſimū ſpiritum ſupbie ⁊ ce
nodoxie: inuidie ⁊ blaſphe
mie fornicationis ⁊ īmundi
cie: dubietatis ⁊ diffidentie.
Confundant ꝗ nos pſequū
tur. pereant illi ꝗ pdere cun
cta feſtināt. Rex virtutum:
amator caſtitatis: ⁊ ītegrita
tis/deus celeſti rore bene di
ctionis tue extingue in cor
de meo totū fomitē ardētis
libidinis: vt maneat ī me te
nor totius caſtitatis anime
⁊ corporis. Mortifica ī mē
bris meis carnis ſtimulos.
omneſq; libidinoſas cōmo
tiones: ⁊ da mihi verā ⁊ per
petuā caſtitatē cum ceteris
donis que tibi placēt in ve

ritate:vt ſacrificiũ laudis ca
ſto corpe ⁊ mũdo corde va
leam tibi offerre. Quãta.n.
contritione cordis ⁊ lachry
marũ fonte. quanta reueren
tia ⁊ tremore: quanta corpo
ris caſtitate ⁊ animi purita-
te iſtud diuinum ⁊ celeſte ſa
crificium eſt celebrãdum do
mine: vbi caro tua in veri ta
te ſumitur: ⁊ ſanguis tuus
in veritate bibitur. vbi ima
ſũmis cõiungunt. vbi adeſt
ſanctorum angelorũ preſen
tia. vbi tu es ſacrificiũ ⁊ ſa
cerdos mirabiliter ⁊ ineffa-
biliter. Quis digne hoc po
teſt celebrare niſi tu deꝰ om
nipotens offerentẽ feceris
dignum Scio domine ⁊ ve
re ſcio: ⁊ idipſm bonitate tue
confiteor ꝙ nõ ſum dignus
accedere ad tantum myſte/
rium, propter nimia peccata
mea ⁊ infinitas negligẽtias
meas. Sed ſcio ⁊ vãciter ex
toto corde meo credo ⁊ ore
ꝯfiteor: q tu me potes face
re dignũ q̃ ſolus potes facẽ
mũdum de ĩmũdo ꝯceptũ
ſemine. ſolus de indignis di
gnos: de ĩmũdis mũdos de
peccatoribꝰ iuſtos ⁊ ſanctos

facis. Per hanc oipotentiã
tuã te rogo ꝯcede mihi pec-
catori hoc celeſte ſacrificiũ
celebrare cũ amore ⁊ tremo
re: cum cordis puritate ⁊ la
chrymaꝝ fõte cũ letitia ſpi-
rituali ⁊ celeſti gaudio. Sen
tiat mẽs mea dulcedinẽ btĩſ
ſime pñtie tue ⁊ excubias
ſcõꝝ ãgeloꝝ tuoꝝ in circui
tu meo. Ego enĩ memor ve
nerãde paſſiõis tue accedo
ad altare tuũ. lꝫ pctõr vt of
ferã tibi ſacrificiũ qd tu inſti
tuiſti ⁊ offerri pcepiſti in cõ
memorationẽ tui ꝓ ſalute
nr̃a. Suſcipe ergo illud q̃ſo
ſciſſime deꝰ ꝓ eccl'ia tua ſctã
⁊ populo tuo quẽ redemiſti
ſanguine tuo. Et qm̃ me pec
catorẽ mediũ ĩter te ⁊ eũdẽ
pplm tuũ eẽ voluiſti: ſꝫ ĩ mei
boni opis teſtimonium non
agnoſcas: offm̃ ſaltem diſpẽ
ſationis credite nõ recuſes:
nec p me ĩdignũ eoꝝ ſalutis
pereat pciũ: ꝓ qbꝰ victima
factꝰ ſalutaris dignatꝰ es eẽ
redẽptio. Profero ergo do
mine ſi digneris ꝓpitius in-
tueri tribulatiões plebiũ: pi
cula populoꝝ captiuorũ ge
mitus: miſerias orphanorũ

neceſſitates peregrinorum:
inopiam debiliū:deſperatio
nes languentiū:defectus ſe·
nū:ſuſpiria iuuenū:vota vir
ginū: lamenta viduaꝝ. Tu
enim miſereris oīm o dñe ꝛ
nihil odiſti eorū que feciſti.
Memorare q̄ ſit nr̄a ſubſtā
tia:ꝙ̄ debilis:ꝙ̄ fragilis:ꝙ̄
mutabilis:ꝙ̄ deceptibilis:ꝛ
īfirma:q: tu pr̄ nr̄ es.tu de⁹
noſter es ne iraſcaris ſatis:
neq̄ multitudineʒ viſcerum
tuoꝝ ſup nos ꝯtineas. Nō
eni in iuſtificationib⁹ noſtris
ꝓſternimus p̄ces ante faciē
tuam:ſed in miſerationibus
tuis multis. Aufer a nobis
dñe cunctas iniquitates no
ſtras:ꝛ ignem ſancti ſpirit⁹
in nobis clementer accende
Aufer cor lapidem de car·
ne noſtra ꝛ da nobis cor car
neum:qd te timeat:te amet:
te diligat:te delectetur:te ſe
quatur:te ꝑfruatur eternali
ter. Oramus domine clemē
tiam tuam:vt ſereno fami·
liam tuaʒ tui ſacri nominis
officia preſtolantem aſpice·
re digneris vultu. Et vt nul
lius ſit irritum votum:nulli
us vacua ſupplicatio:tu no·
bis preces ſuggere: quas ip
ſe audire propiti⁹ ꝛ exaudi
re digneris. Rogamus etiā
te pater ſancte:ꝛ pro anima
bus omnium fideliuʒ defun
ctorū vt ſit illis ſal⁹.ſanitas
gaudium ꝛ refrigeriuʒ. Hoc
magnum pietatis ſacramen
tum.deus meus ſit illis ho·
die magnum ꝛ plenum con
uiuiuʒ de te pane viuo: qui
de celo deſcēdiſti:ꝛ dans vi
tam mūdo:de tua carne ſan
cta ꝛ bn̄dicta.agni videlicet
īmaculati:qui tollit peccata
mundi:q̄ de ſancto ꝛ glorio
ſo vtero btē virginis marie
eſt aſſumpta:ꝛ de ſpiritu ſan
cto concepta. De illo in quā
fonte pietatis qui ꝑ lanceaʒ
militis ex tuo ſanctiſſimo la
tere felicit̄ emanauit:vt ex·
inde ſanati:refrigerati:refe
cti:cōſolati:exultēt in laude
ꝛ gloria tua. Precor clemētiā
tuam de⁹:vt deſcendat ſup
illud plēitudo tue bn̄dictio
nis:ꝛ ſcificatio tue diuinita
tis. Deſcendat etiā dñe illa
ſcī ſpūs tui incōprehēſibilis
inuiſibiliſq̄ maieſtas: ſicut
quondā in patrū hoſtias de
ſcendebat:ꝛ oblationes no

ſtras corp⁹ ꝛ ſanguinē tuum efficiat: ꝛ me indignū ſacerdotē tuū doceat tm̄ tractarē myſteriū cū cordis puritate ꝛ lachrymaꝝ deuotiōe: cuꝫ reuerentia ꝛ tremore: ita vt placite ꝛ benigne ſuſcipias ſacrificiū laudis de manib⁹ meis ad ſalutē oim̄ tā viuorū ꝙ mortuoꝝ. Rogo te dn̄e ꝑ ſacroſanctū myſteriū corporis ꝛ ſanguinis tui: q̄ qtti die in eccleſia tua paſcimur abluimur ꝛ ſanctificamur ꝛ potamur: atq; vnius ſūmeq; diuinitatis participes efficimur. Da mihi virtutes tuas ſanctas qb⁹ replet⁹ bona cōſciētia ad altare tuū accedā ita vt h̄ celeſtia ſacr̄a efficiātur mihi ſalus ꝛ vita. Tu. n. dixiſti ore tuo ſctō ꝛ bn̄dcō. Panis quē ego dabo caro mea ē pro mūdi vita. Si qs mādncauerit ex hoc pane viuet in eternū. Panis dulciſſime ſana palatū cordis mei vt ſentiā ſuauitateꝫ amoris tui. Sana illud ab oī langore: vt nullum p̄ter te querat amorē: nullam p̄ter te amet pulchritudinē. Panis cādidiſſime hn̄s oē delectamētū ꝛ oīs ſuauitatis odorē: qui nos de te ſemꝑ reficis ꝛ ī te nunꝙ̄ d̄ficis: comedat te cor meū: ꝛ dulcedine ſapori s tui repleantur viſcera aīe mee. Māducat te angelus pleno ore in pr̄ia. Māducet te peregrinus hō ꝓ modulo ſuo ne deficē poſſit ī via tali recreatus viatico. Panis ſctē panis viue: panis pulcher: panis mūde: q̄ deſcēdiſti de celo ꝛ das vitā mūdo. Ueni ī cor meū: ꝛ mūda me ab oībus inquinamētis carnis ꝛ ſpūs: intra in animā meā: ſana ꝛ ſanctifica me interius ꝛ exterius. Eſto tutamē ꝛ continua ſalus ꝛ corporis ꝛ aīe mee: repelle a me inſidiātes mihi hoſtes. recedāt ꝓcul a potētia maieſtatis tue vt foris ꝛ intus munit⁹ ꝑ te recto tramite ad regnū tuū ꝑueniā vbi non in myſterijs ſicut in hoc tp̄e agit̄. ſed facie ad faciem te videbimus cū tradideris regnū deo patri ꝛ de⁹ eris oia in oibus. Tu enim me d̄ te ſatiabis ſatietate mirifica: ita vt neq; eſuriā: neq; ſitiam in eternum. Amen.

¶ Itē alia orō ante miſſaꝫ.

Maieſtatē tuam totis viribꝰ deus pijſſime humili pce ꝓpoſco ⁊ exoꝛo vt remittas crimina q̄ caro fragilis a tentatione iniquoruꝫ ſpirituū nequiter admiſit: ⁊ iaꝫ reuerti ad eā non ſinas vltra ſꝫ confirma me in iuſtificatiōibus tuis: pſeuerantiaꝫ mihi tribue in illis: ⁊ fac me dignū añ ꝯſpectuꝫ maieſtatis tue aſtare: ⁊ ſacrificiuꝫ tibi dñe caſto coꝛpe ⁊ mūdo coꝛde digne offerre.

¶ Item alia oꝛatio.

Ignoſce mihi dñe queꝫ maculate vite cōſcientia trepiduꝫ ⁊ criminū meorū confuſio facit eſſe captiuum. Et qui pro me veniaꝫ obtinere non valeo ꝑ alijs rogaturus aſſiſto profero ſi digneris domine captiuoꝝ gemitus tribulationes plebiū: picula populoꝝ: neceſſitates peregrinoꝝ: inopiā debiliū: deſperatiōes languētium: deſpectū ſenum: ſuſpiria iuuenuꝫ lamēta monachoꝝ vel viduaꝝ: deſolationes eccleſiaꝝ. Sꝫ qm̄ me eadē que populū peccati cathena cōſtrigit, ideo cōmunes lugeo paſſiones. Non obſit domine populo tuo oꝛatio ſubiugata peccatis: ſꝫ per me offertur votum: per te domine meum compleatur officiū.

¶ Itē alia oꝛo añ miſſam.

Ante cōſpectuꝫ diuine maieſtatis tue reꝰ aſſiſto q̄ inuocare nomē ſcm̄ tuum pſumo. Miſerere mihi dñe hoi petōꝛi: ignoſce indigno ſacerdoti ꝑ cuiꝰ manus hec oblatio vꝫ offerri. Parce petōꝝ labe pꝛe ceteris capitaliū polluto: ⁊ nō itres i iudiciū cū ſeruo tuo: qꝛ ñ iuſtificabit in ꝯſpectu tuo ois viuēs. Scilꝫ vitijs ac voluptatibus carnis aggrauatuſ ſuꝫ recoꝛdare dñe ꝙ caro ſū in conſpectu tuo ēt celi non ſūt mūdi: quāto magis nos hoies terreni immūdi ſicut pānꝰ mēſtruate. Indignꝰ ſuꝫ dñe ieſu xpe vt ſim viuens. Sꝫ tu q̄ ñ vis moꝛtē petōꝛiſ da mihi veniā in carne cōſtituto vt ꝑ pnie fructum vita eterna pfrui merear i celis.

¶ Item alia de eodē.

Conſcientia qdē trepidus opꝰ deꝰ ad altare tuū accedo: ſꝫ ſi dimitto ve-

reoꝛ de iobediētia ꝯdēnari. Parce mihi dn̄e indigno famulo tuo. Et ꝫ ad celebrāda ſacrificia ſꝑ indign⁹ inueniar: tn̄ fiduciā d tua mia retineo: ꝑ q̈ re de⁹ oꝑs dignar̄ me paterna pietate placito qꝫ vult reſpicē ꝛ coꝛdis mei interioꝛa pugnare: ꝛ ſi ego reatu culpabilis exiſto mearuꝫ tn̄ pꝛecū interuentu tibi ſint grata in oībus myſteria placita atqꝫ ſacrata.

¶ Itē alia oīo ante miſſaꝫ.

Deus qui nō moꝛtē ſed penitentiam deſideras peccatoꝛis: me miſerum fragilēqꝫ peccatoꝛē a tua pietate non repellas: neqꝫ aſpicias ad pctā ꝛ ſcelera mea ꝛ immundas turpeſqꝫ cogitationes quibus flebiliter a tua diſiungoꝛ voluntate: ſꝫ ad imenſas miſericoꝛdias tuas: ꝛ ad fidē deuotionēqꝫ eoꝛū qui per me tuā expetunt miſericoꝛdiā: ꝛ qꝛ me indignuꝫ medium inter te ꝛ populuꝫ tuum fieri voluiſti: fac me taleꝫ vt poſſim digne tuā exoꝛare miſericoꝛdiam pꝛo me peccatoꝛe ꝛ pꝛo eodē populo: ꝛ adiunge voces noſtras vocibus angeloꝝ tuoꝛū: vt ſicut illi te laudāt inceſſabiliter ꝛ infatigabiliter in eterna btitudine: ita nos quoqꝫ eoꝝ iteruētu me mereamur inculpabilr laudare in hac ꝑegrinatiōe. Jeſu xp̄e qui viuis ꝛ regnas deus ꝑ. Amē.

¶ Itē alia oīo ante miſſaꝫ.

Agnoſce dn̄e qꝛ rogare cōpelloꝛ: duꝫ ꝑ imūda labia nomē tuū aſſumo ꝛ imūdoꝝ actuū ſecreta confiteoꝛ: nō hēo apud te verba ſine crīe. Tu.n. ꝯſciētie mee vulnera tu cogitationū mearum occulta noſti: ꝛ imundicias meas tu ſolus agnoſcis miſerere mihi: miſerere dn̄e mihi: ignoſce myſterij tui ſecreta tractanti: nec indignū miſicoꝛdie tue iudices queꝫ pꝛo alijs rogare permittis ꝛ in quo teſtimoniū boni operis nō agnoſcis officium ſaltem diſpēſatiōis credite nō recuſes. Saluatoꝛ mūdi qui cū pr̄e ꝛ ſpū ſcō viuis ꝛ reg.

¶ Item alia oꝛatio.

Deus miſicoꝛdie ꝛ veritatis clementiā tuam ſuppliciter dpꝛecoꝛ: vt mihi

miſerrimo innumerabilium
veniam concedas peccato-
rum quibus iram tue poten
tie ꝓuocaui: quatenus te mi
ſerante in hac vita ſm tuaȝ
voluntatē purgatus ad bti-
tudinis eterne participatio
nem ꝑtingam. Cunctis etiā
in corpore ſiue extra corpuſ
fidelibus: qui mihi ſpiritali
vel carnali ꝯiūctione cohe-
rent: ⁊ q ſe mihi ꝯfitēdo vel
rogando commēdauerunt:
necnon ⁊ quorū pecunias
⁊ elemoſynas ſuſcepi: vel q
ꝑ meam malitiā ſeu negligē
tiā corrupti ſunt: manū miſe
tue porrigas: ⁊ per ineffabi
lem largitatem tuam opta-
tam eis indulgentiam pec-
catorum concedas: ⁊ ad re
quiem beatoꝝ eos ꝑducaſ.

¶ Item alia oratio.

d Eus q de indignis di
gnos: de imūdis mun
dos: d peccatoribus iuſtos
facis. Munda cor ⁊ corp⁹
meuȝ ab omni ſorde ⁊ cogi
tatione peccati: ⁊ fac me di
gnum ſacris altaribus mini
ſtrum: ⁊ concede propitius
vt in hoc altari ad qd indi-
gn⁹ accedo: hoſtiaſ accepta
biles offerā pietati tue pro
pctis ⁊ offenſionibus meis.
⁊ ꝓ oib⁹ fidelib⁹ xpianis: ⁊
oibus circūſtātib⁹: omnibuſ
qꝫ mihi familiaritate vel cō
ſanguinitate coniunctis oi-
buſqꝫ qui mei memoriaȝ in
ſuis ꝯtinuis oratiōibus ha
bent ⁊ per eum ſit tibi meū
acceptabile votum qui ſe ti
bi obtulit in ſacrificium Je
ſus chriſtus domin⁹ noſter.

¶ Item alia oratio.

A Nte oculos tuos
dn̄e reus cōſciētie
teſtis aſſiſto. roga
re n̄ audeo qd ipe-
trare n̄ mereor. Tu eni ſcis
dn̄e oia q̄ agūtur in nobis:
erubeſcimus cōfiteri: qd nō
timemus admitter. Uerbis
tm̄ tibi obſeqmur corde mē
timur. ⁊ quod velle nos dici
m⁹ nolle: nr̄is actib⁹ appro
bamus. Sed parce domine
confitētibus: ignoſce peccā
tibus: miſerere rogantibus
te. Et quia meus ſenſus i ſa
cramētis tuis infirmus eſt:
⁊ apud te nō habemus ver
ba ſine crimine preſta domi
ne vt ſicut ex nobis idignis
⁊ peccatoribus duri cordis

verba nō ſuſcipis: ita per te metipſum nobis veniā largiaris. Qui viuis ⁊ dominaris in ſecula ſeculoꝝ. Amē.

¶ Ad virginem glorioſaꝫ.

O Sereniſſima ⁊ inclyta virgo Maria mr̄ domini noſtri Jeſu xp̄i: regina celi ⁊ terre que eūdem creatoreꝫ omniū creaturaꝝ tuo ſanctiſſimo vtero digna fuiſti portare. Cuius ideꝫ veraciſſimuꝫ corpus ⁊ ſanguinē ego īdigniſſimus ſumere p̄ſumo. Rogo te per virginaleꝫ humilitatem tuaꝫ ⁊ paſſioneꝫ ⁊ mortē eiuſdem filij tui: vt ad ipſū ꝓ me miſero peccatore itercedere digneris vt quicquid in ei⁹ ſacrificio bn̄dictiſſimo ignoranter vel negligēter vl' accidētal'r omiſero tuiſ ſciſſimis p̄cib⁹ mihi dignet̄ īdulgē am̄.

¶ Item alia oratio an̄ miſſam multum deuota.

Ecce benigniſſime domine Jeſu xp̄e fili dei viui: ego indignus peccator memor taꝫ īeſtimabilis charitatis tue quaꝫ humano generi exhibuiſti: quando naſcens ex Maria virgine homo fieri voluiſti. Exemplo ſanctiſſime ꝯuerſatiōis tue ⁊ verbo predicationis viaꝫ eterne ſalutis nos docuiſti īnumeros dolores ac labores ⁊ iniurias pro nobis p̄taliſti: multa dura etiam indigna paſſus ac crucifixus ⁊ mortuus es propter nos vt ab eterna morte redimeres nos. Inſuper vulnerat⁹ lancea militis tuum precioſum ſanguineꝫ copioſe in remiſſionem ⁊ abſolutionem peccatorum noſtrorum de tuo pijſſimo later̄ effudiſti. Qui etiam ad perpetuam tante charitatis memoriam in cena tua vltima trāſiturus de hoc mundo ad patreꝫ venerabile ⁊ ſalutiferum tui corporis ſacramentum inſtituiſti: ⁊ in eodem ſacramēto teipſum cibū ⁊ potuꝫ ſalutare animarū noſtraꝝ nobis p̄paraſti ⁊ ſumēdum īpetraſti dicēs. Accipite ⁊ comedite ex hoc omnes. Qui etiā ad ipſum venerandū ſacramētum per famulos tuos preſbyteros in altari quottidie confici ⁊ ī eodē ſacramēto tuipſe ꝑ myſteriuꝫ ꝓ nobis

iterũ pati ꝛ manibus eorũ
dē p̄sbyteroꝝ p ſingulos di
es pro ſalute noſtra i tui me
moriā offerri voluiſti. Tan
te ergo dilectionis tue me-
mor intēdo facere ꝙ tu do
mine feciſti tunc: ꝛ a nobis
famulis tuis preſbyteris fie
ri precepiſti: ꝛ quod eccleſia
tua ſancta te auctore fieri i-
ſtituit: volens ſcilicet te co-
operante conſecrare ſeu cō
ficere corpus ꝛ ſanguinē tu
um ſuo loco ꝛ tēpore cano
nis miſſe noſtre: ꝛ offerre te
dominum deū ꝛ ſaluatorē
meum cū apertis defluētibꝰ
vulneribus tui deo p̄ri tuo:
tibiqꝫ ꝛ ſpiritui ſancto in me
moriā p̄ꝺiſſime mortis tue: i
mo oīm amariſſimorū do-
loꝝ tuoꝝ corporaliū ꝛ ſpiri
tualiū quos pro nobis miſe
ris redimēdis ꝛ inflāmādis
ab inſtāti conceptionis tue
in vtero v̄ginis matris tue
vſqꝫ ad mortem crucis ma
gnis ardoribus amore nr̄o
crebrius ſuſtinuiſti. In me-
moriā inſup glorioſe reſur-
rectionis tue: ꝛ admirabilis
aſcēſiōis: ad gloriā ꝛ hono
rē ſūme trinitatis: ad venera
tionem ꝛ congratulationē
bn̄dcē matris tue: totiuſqꝫ
celeſtis curie pro gratiarū
actione oīum bn̄ficioꝝ tuo
rū: pro cōtritione penitētia
ꝛ ſatiſfactiōe omniū pecca
toꝝ ab origine mundi com
miſſoꝝ ꝛ p pace ꝛ ſalute ec
cleſie tue ſancte militātis vi
uētiū ꝛ defunctoꝝ. Accedo
ergo licet indignus ad alta
re tuū ſanctū domine. Ubi
etiā te miſerante recipe cu-
pio dominū deū ꝛ ſaluatorē
meū in tui memoriā ꝛ infir-
me aie mee medicinā. Qui
es predulciſſimus cibꝰ ꝛ po
tus dilectiſſimꝰ ſanctiſſime
matris tue: ſanctorū quoqꝫ
angelorū tuorum ac omniū
beatoꝝ. Sed confiteor tibi
domine Jeſu chriſte ꝛ bn̄di
cte matri tue ſemper virgi-
ni Marie ſācto angelo meo
ac omnibus ſupernorū ſpi
rituū ordinibus: ſancto Jo
anni baptiſta: ſāctis apoſto
lis euāgeliſtis: martyribus:
confeſſoribus: virginibus:
ac omnibus ſanctis tuis ꝙ
nequaꝙ dignꝰ: heu nequa-
ꝙ paratus ſum ſuſcipere te
agnum dei imaculatum: in

tā imūdū ⁊ īpꝛeparatū coꝛdis ⁊ coꝛpoꝛis mei hoſpitiū pꝛopter innumera peccata mea quibus te dominū meum a pueritia mea vſq; nūc ad iracundiaȝ pꝛouocaui: ⁊ meā cōſcientiā pollui ⁊ grauaui. Peccaui heu ꝯtra mādata tua multiplr ea tranſgrediēdo. Peccaui heu cūtra ſacramenta eccleſie multipliciter ea indigne ſumendo tractando ⁊ miniſtrādo ⁊ cōtra omnia iura ⁊ maiorum meoꝛū inſtituta varijs modiſ agēdo. Peccaui heu multipliciter contra pꝛofeſſionem ⁊ oꝛdineȝ meū ⁊ cōtra vota mōaſtica cōde oꝛe ⁊ opere ⁊ omiſſione. Confiteoꝛ tibi domine ꝙ īterioꝛa mea ⁊ exterioꝛa mea a planta pedū meoꝛū vſq; ad verticem capitis mei varijs iniquitatibus ⁊ peccatis multipliciter īquinata ſunt ⁊ reſperſa. Adhuc cōfiteoꝛ tibi domine ⁊ grauiter me coꝛaȝ te accuſo ꝙ te vniuerſis ⁊ ſingulis peccatis a me ⁊ occaſione mei cōmiſſis ⁊ de omnib⁹ bonis a me ⁊ occaſione mei omiſſis cōtra te ⁊ cōtra pꝛoximos: ⁊ cōtra oꝛdinem meū: ⁊ contra meipſum non ſolum ita coꝛdialiter contritus: neq; tam plene ⁊ diſtincte confeſſus: neq; per condignam penitentiam emendatus ſicut mihi expediret ad ſalutē: tibi cōgrueret ad honoꝛē. Sed indulgentiſſime domine q̄ veniſti populum ſaluuȝ facere a peccatis eoꝛum: cui ꝓpꝛium eſt miſereri ſemꝑ ⁊ parcere. Qui dixiſti oꝛe tuo benedicto. Petite ⁊ accipietis q̄ miſertus es dauid ꝓphete adulterantis ⁊ occidētis q̄ miſert⁹ es petri apoſtoli te negantis ⁊ amare flentiſ qui miſertus es Marie magdalene tuos bn̄dictos pedes ſuis lachꝛymis rigātis qui miſertus es latronis ſero penitentis: qui mulierem in adulterio depꝛehēſaȝ cōdemnare noluiſti: qui innumeris peccatoꝛib⁹ te humiliter inuocantibus: peccatorum veniam ꝓſtitiſti. Te domine contrito: ⁊ humili coꝛde rogo: vt me tam indignū peccatoꝛem non ſpernas ꝓpter innumeroſitatem ⁊ ma

gnitudinem peccatorū meo
rum ſed propter iſinitū me-
ritū toti⁹ crucifixe vite tue
ac ꝓpter merita ⁊ p̄ces bn̄
dicte matris tue ⁊ omnium
ſanctorum oīa peccata mea
quibus iram promerui mi-
bi miſericorditer dimitte: ⁊
fac me tuū ſacramētuʒ tam
deuote tractare ⁊ ſumer̄: vt
conſequi merear virtutē de
clinandi a peccatis gratiaʒ
ſectandi q̄ rectuʒ eſt in con
ſpectu tuo. Pacem veraʒ ⁊
finem bonum ⁊ iugiter tue
protectionis conſiliuʒ ⁊ au
xilium ⁊ poſt hāc vitam mi
ſeram fac me participeʒ tue
redemptionis. Inſuper mi
ſericorditer reſpicere digne
ris illos ⁊ illas pro quib⁹ te
ſpecialiter offerre propono
vt bonos confirmes malos
ab errore reuoces afflictos
conſoleris: tētatos eripias
diſcordes in bono concor-
des: purgandos a purgato
rio liberes: ⁊ omnes fideles
adhuc viuentes in viam ſa
lutis eterne diriges: ac om-
nibus fidelibus d̄functis ꝓ
quibus orare velis requieʒ
⁊ lucem perpetuaʒ tribuas.
Qui viuis ⁊ regnas.

¶ Gratiarū actio poſt miſ
ſam a ſacerdote dicēda.

GRatias tibi ago do-
mine pijſſime q̄ me ad
officiū ſacerdotale elegiſti.
Gratias tibi ago dulciſſime
deus q̄ me tuo dulciſſimo
corpe ⁊ ſāguie refeciſti. Gra
tias tibi ago dn̄e clemētiſſi
me pro deuotiōe qua me in
hac miſſa ſpiritualiter reſpe
xiſti Gratias ago tibi beni
gniſſime de⁹ q̄ me protegē
do a periculoſis negligētijs
cuſtodiſti. Mi dn̄e de⁹: ec-
ce ꝓ gratiſſima electiōe dul
ciſſima refectiōe: pro tā pijſ
ſima reſpectiōe: pro tā beni
gniſſima ꝓtectione ⁊ cuſto
dia: tibi optime deus ex to-
to corde gratias ago te bn̄
dico te laudo te glorifico in
eternuʒ. Eya nūc oro pijſſi
me de⁹ vt ſit mihi h̄ dulciſ-
ſimū ſacr̄m cōtra oium pec
catoꝝ meoꝝ vulnera effica
ciſſimū medicamētum. Sit
mihi benigniſſime deus hoc
dulciſſimū ſacr̄m ois virtu-
tis ⁊ gratie victorioſiſſimuʒ
cōplemētū. Sit mihi pijſſi-
me deus hoc dulciſſimū ſa

cramentũ tã i vita q̃ i mor te contra oĩa pericula valdiſſimũ tutamẽtũ. Sit mihi dulciſſime de⁹ hoc ameniſſimũ ſacr̃m: ad eternã beatitudinẽ ſolidiſſimũ fulcimẽtum. Mi domine deus per ſumptam queſo euchariſtiã da mihi vt a peccatis emũdatus merito fecundatus fine bono conſummatus: tecum in perpetuum ſim beatus. cui eſt honor ⁊ gloria i ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Item poſt miſſaz pro viuis ⁊ defunctis. Oratio.

Oya precor te piiſſime de⁹ etiã pro oib⁹ familiarib⁹ ⁊ amicis meis: ⁊ p adiutricẽ hui⁹ ſacr̃i virtutẽ: adiuues ⁊ dirigas eos ad eternam ſalutẽ. Precor te mitiſſime deus pro oĩbus bonis hoibus vt per ꝯfirmatricez huius ſacratiſſimi ſacramẽti virtutem cõfirmes: ⁊ muniasƀ eos ad vitam eternaz. Precor te piiſſime ⁊ benigniſſime deus pro pctõrib⁹ vniuerſis vt per reparatricẽ huius ſacr̃i virtutem cõuertas: ⁊ repares eos ad et̃naz ſalutẽ. Precor te miſericordiſſime deus pro oib⁹ fidelibus ɔ̃fũctis vt p liberatricẽ hui⁹ ſacr̃i virtutem liberes eos ⁊ abſoluas a pcis ⁊ pducas ad et̃nã ſalutẽ. Mi dñe de⁹ oro te iſtãter: vt p h̃ ſacratiſſimũ ſacr̃m tuũ ꝯ̃ſpãles meos digneris ſpãliter viſitare: ⁊ bonos in bono cõfirmare: ⁊ malos a malo reuocare: ⁊ purgandos a purgatorio liberare: pater miarũ ꝑ tua mia in eternũ. Amẽ.

¶ Alias oratiões ⁊ gratiarũ actiones ante ⁊ poſt miſſam a ſacerdote dicendas. Reperies ſupra vbi habentur orationes ãte ⁊ poſt ſacram cõmunionẽ dicende.

¶ Oratio Cãcellarij Pariſieñ. per modũ appellatiõis cuiuſdã peccatoris a diuina iuſtitia ad diuinã miam.

In tua o regina celi ⁊ mũdi toti⁹ dña dei genitrix illibata v̾go Maria ac vr̃m oium celeſtis regni ꝯcerũ ciuitatis eterne conciuiũ: ⁊ beate felicitatis coheredũ corã dei throno ⁊ agno iugiter aſtantiũ: tuiq̃ ſacer euangeliſta Joãnes ⁊ pudicitie v̾ginalis paranym-

phe celeſtiū ſcrutator egregie z diuinoꝝ ſcriba doctiſſime tanq̄ in perſona ſingularis auctentice z prerogatiue ſanctitatis z dilectionis amplioris: digniſſimeq; preſentie. Ego. N. oium filiorū dei ingratiſſimus meritorū pauperrimus: z ſcelerū heu abundantiſſimus: ab oium peccatoꝝ meoꝝ grauaminibus: firmo correctionis ꝓpoſito z animo ad emendationez vite melioris fiducialiter appellādi: z lachrymarum mearū profluuijs: a diſtrictiſſima tua dn̄e iuſtitia ad clementiſſimā bonitatis tue miam prouocandi dico ꝓteſtor cōfiteor z ꝓpono. Qđ licet ego pctōr impius indignus z miſerrimus tantilla mea tpa puerītie metas adoleſcentiā curſum z ꝑfectionem virilitatis mee progreſſus: imo oēs vite mee ꝓceſſus. Annos mēſes: dies: horas z momēta: timoī tuo poſtpoſito aio irreuerenti z infrunito cogitatu: deſiderijs z conatib⁹ malis volūtate: ꝓpoſito z ꝯſenſu peioribus: necnō opere conſuetudine z contēptu peſſimis inceſſanter z impie tranſegerim: Legez tuā peccādo derelinqueri: iuſtitias tuas prophanauerim: grām tuā abiecerim: mandata tua nō cuſtodierim. Salutaria tua conſilia z monita paruipenderim pietatis opa ſegniter neglexerim dono ſpirit⁹ ſeptiformis mortalit a me repulerim Btitudines z virtutes malicioſe ſpreuerim: eccleſiaſtis me ſacris indignuz reddiderim temereq; boni proprie ſalutis immemor peccata cōmiſerim: obſeruantias eccleſie ſancte catholicas z precepta ꝑtinaciter trāſgreſſus, flagitioſis meis operibus: fidem tuā violauerim: peccatis meis rurſum te fili dei crucifixerim: oibus tuis bñficijs z donis gratuitis, ingrat⁹ extiterim flagella tua licz pauca murmurando ſuſceperim. In ſuperbia vite: auaritia cordis inquinatione mentis z corporis: inuidioſis actib⁹: peculiarib⁹ caſtrimargijs: iracundis motibus: accidioſis corporibus: innumeris volu

ptatibus: actualib⁹ culpis mortalibus ⁊ criminalibus vitijs. Uenialibus peccatis offensis: spiritualib⁹ corporis cordis ⁊ oris iniqtatib⁹ factis illicitis: ⁊ p̄sumptiōibus temerarijs: crebris inobedientijs: negligentijs: ⁊ delictis plurimis ⁊ alijs nephadis excessib⁹ ex malitia ⁊ fragilitate oib⁹ iterioꝛib⁹ ⁊ exterioꝛib⁹ meis sensibus te deū meū grauiter ⁊ multipliciter offenderim. Et his malis ꝓpꝛijs nō ꝯtētus mala malis accumulāſ alijs occasionē peccandi p̄buerim: eos ī puteum īterius mecū traxerim: peccātibus consilium auxiliū ⁊ fauoꝛē ipēdērim: exemplis peruersis ipe peruersius īnocētes peruerterim. Ad peccata q̄ rarissime defleui: q̄si canis ad vomitū: ⁊ sus ad volūtabꝛū luti post lamēta: tanq̄ ea non plāxissez: ipudice redierim. Ad p̄missa ⁊ oia alia mea facinoꝛa tibi cuncta vidēti notissima oꝛdine: scia: loco: tempoꝛe: ⁊ causa vltra modū auxerim ⁊ aggrauaueri mala quoꝝ nō est numerus

nequiter cōmiserim: ⁊ p̄ ea sentētiā moꝛtis eterne: qua dī Aia que peccauerit ipsa morietur: dānabiliter incurrerim. In iudicium tuum hoꝛrendum ⁊ iustissimuz domine: ⁊ in manuz tuam dei viuentis pniciose nimis inciderim: indignationē tuaz incurrerim: a cōsoꝛtio celestis exercitus me separauerim: ⁊ ab iniquitate mea in qua vsq; adhuc q̄si per talentuz plumbi resideo vt resurgere nō adiecerim: semperq; te dominū vocantē me ad pniaz nō audierim: ꝓmittentē pꝛemia etna renuerim: ⁊ te moꝛtem cōminantem perpetuam: ⁊ diuitias bonitatis patientie ⁊ longanimitatis tue in anime mee periculū ⁊ salutis dispēdium ꝯtēpserim. Tamē tu rex foꝛtis ⁊ potēs vltoꝛ metuende terribilis ⁊ iuste iudex: de cuius oꝛe sedentis i thꝛono ꝓcedit gladius per iudiciū ⁊ iustitiam bis acut⁹: ꝯtra iniuriā ostendens mihi bonitatē ⁊ patiētiam sustinuisti ⁊ expectasti vt mihi miserearis. Pꝛolongaui iniquitatem: ⁊ tu boni

tatē continuaſti: in charitate perpetua miſerans dilexiſti me ꝛ attraxiſti me: diſſimulaſti propter penitentiā oēs trāſgreſſiones meas: ꝛ ſcelera mea ꝯtēptus ingratitudines ꝛ delicta nō impꝛoperaſti mihi: beneficia nō ſ̄traxiſti propter crimina: toleraſti patiēter oia mea flagitia: cuſtodiſti me ne vltra ea q̄ feci cōmitterez grauiora. Non feciſti mihi ſ̄m peccata mea: nec iuxta iniquites meas. Nō tribuiſti pꝛo malis mala: ſed ꝓ malis bona: nō intuliſti mihi oppꝛobꝛia non irrigaſti conuicia: retraxiſti manū vltricem vibꝛantem ſuper me vindicte gladium: diſtuliſti ſnie moꝛtis executionē. Suſpendiſti iudiciū ꝛ iuſtitiā: pꝛoꝛogaſti ſpe coꝛrectiōis vite mee terminum: ꝛ peccatoꝛū meoꝛū vltionē dignilſimaz vſq3 in hoꝛam pꝛeſentē miſericoꝛditer auertiſti: ꝛ in miſerationibus tuis multis factū eſt: vt non ſim conſumptus ne in perpetuum ſuſtinẽam ſaluationis pꝛeiudicium patrimonij celeſtis iacturam: beate viſionis carentiam damnum coꝛpoꝛis ꝛ aie damnationis penā: non moꝛituri vermis doloꝛē: inextinguibilis ignis incendiū: ſtridoꝛem dentū: tenebꝛas: fletum luctū ꝛ grauamē. Ex pꝛemiſſis igitur dñe: ſi a me faciem auerteris ꝛ miam iaz deſpexeris: ſi iniq̄tates meas obſeruaueris: ſi i ira tua arguēdo me miſericoꝛdiā tuā continueris: ꝛ antique mie recoꝛdatus nō fueris: ſi in perpetuū mihi iraſceris: ꝛ miſericoꝛdiā a me pctōꝛe in eternum abſconderis: ſi iuſtitie tue ſoliū me iudicaturus aſcenderis: ꝛ oblitus fueris mei finaliter miſerimi. ſciēs me pꝛe iniquitatum mearuz multitudine ꝛ graui peccatoꝛum onere me culpabiliter in hac vita grauatū non indebite: timenſq3 veriſimiliter ſi tātis tribulatiōibus adiutoꝛez nō inuenero: poſt hāc vitā me plus multo foꝛtius aggrauari. Ideoq3 de9 iudex iuſte in his ſcripturis lachꝛymarū mearum attramēto conſcriptis a te irato ꝛ iuſto iudice: ꝛ a ſētētie tue

diuine iuſtitie ad te placatū
z miſericordē ꝑrez miaꝝ q̄
tardās naſcis miaꝫ: z cui ꝑ
priū ē ſēp miſereri z parce
re q2 ſuperiorē nō habeſ cū
tu ns ſolꝰ altiſſimꝰ: z i mia
copioſus: ad tribūal tue cle
mētie bonitatis z mie q̄ iu-
diciū ſupexaltat i ſpe vēie.
Ego miſer ad te miſicordē
cuiꝰ mie nō eſt nūerus ꝓuo
co z appello. Et te reginā z
matrē mie: oēſq3 ſcōs z ele
ctos dei. z ſpecialiter vos i
dices iuſti cōmilitiōes apo
ſtolos peto: vt inſtāter inſtā
tius inſtātiſſime pro me pec
catore miſimo ad deū meū
ſuppliciter intercedatis ac
iterū z iteꝝ cū oi qua poſſū
deuotionis z humilitatis in
ſtantia a te: cuius mia plena
eſt ois terra: z per te incelis
preparata z in eternū edifi
cata: grām inueniā. Et q2 in
mia diues es: clementiam z
miaꝫ peto mihi dari: cū ipe
deus meus ſis cuius miſera
tiones ſunt oia opa tua qui
cui volueris: imo oium mi-
ſereris: z qui grām z miaꝫ
in quacūq3 hora peccator i
gemuero mihi dare poſſiſ z

velis ſubiicēs corpꝰ z aiam
vitam z opa res ſtatuꝫ z tē
pora mea necnon oēs z ſin
gulos mie tue adherentes:
ſeu adherere volētes: prote
ctioni z grē abundātiſſime
bonitatis z mie tue dñe deꝰ
pater: vnigenite Jeſu xpē: z
ſpiritus orphanoꝝ paracly
te: indiuiduaq3 trinitatis bn̄
dicta. Proteſtor etiaꝫ ꝙ p̄
ſente orōnis mee deuotiōeꝫ
aſpectibꝰ tuis ſepius publi
care ac moreſ z vitā auxilio
tuo q̄to celeriꝰ potero corri
gere z emēdare volo. Rogo
etiā te fili dei crucifixe: vt la-
teris tui vulneris ſigno quo
illam in cruce pendens orō
nem (Pater ignoſce illis: q2
neſciunt quid faciunt) con-
ſignaſti: z in qua pro tua re-
uerentia es exauditus: hāc
etiam oratiunculam meā di
uine prouocationis mie cle
menter cōſignes: z eam mie
multe facere digneris effi-
cacē. Requirēs te ſacer ſcri
bo Joānes q̄tenus preſentē
meā orōnē tibi cōmiſſe vir
gini matri cū exoratione ꝑ
me publices. Et regina mi
ſericordie ea cū oſtēſione ꝑ

me pectoꝛis ⁊ vberum tuo-
rum quem genuiſti dei filio
notifices. Tu quoqꝫ fili cle-
mētiſſime eā patri cū obla-
tione pꝛo me paſſionis ſan-
guinis vulnerū tuoꝝ ⁊ moꝛ
tis offeras acceptabileqꝫ fa
cias alme trinitati: ⁊ vt ꝑ ea
⁊ alia pietatis opa gratiā ⁊
miam pctōꝛuꝫ remiſſionem
⁊ veniam requiem ⁊ vitam
merear ſempiternā. Amen.

¶ Incipit iformatio bona
⁊ optima religioſoꝝ: imo ſa
cerdotū ⁊ oium clericoꝛum
qui ex oꝛdinatiōe ſanctoꝝ
canonū ad hoꝛas canōicas
deuote quottidie perſoluē-
dum ſunt obligati qualiter
ad eaſdē hoꝛas ſe ꝑparare
⁊ quomō ac qualiter in eiſ-
dem ſe habere debeant.

OAdente ſeu ſignā
te hoꝛologio cir-
ca hoꝛam vigilia
rum: mox in mo-
mento: ⁊ quaſi in ictu oculi
ſurgens ſtatue in animo tuo
te audire vocem illam ter-
ribilem qui fiet in iudicio.
Surgite moꝛtui q̄ iacetis in
ſepulcris veſtris: ⁊ occurri-
te ad iudicū ſaluatoꝛis. Exi
liens igit̄ feruēter de lecto ⁊
ꝯſignās te ſigno ſancte cru
cis gratias age diuine miſe
ricoꝛdie p̄dicte multa ⁊ eiuſ
dem pꝛotectione ⁊ pꝛo cu-
uores nõ diligere: nõ eſſe ar
rogãtẽ: nõ mendacẽ: non bi
linguẽ: non iniurioſum: veri
tatẽ oꝛe ꝛ coꝛde ꝓferre: ocu
los contra vanitatẽ claude
re: ab oĩ malo eloq̄o auerte
re: ꝛ oĩa mẽbꝛa mea cuſto-
dire dignare: ne peccato ſuc
cumbant: ſed in tuo ſeruitio
aſſidue laboꝛent: quatenus
bonoꝛum operuꝫ exhibitio
ne decoꝛatus virtutum lam
padibus adoꝛnatus: electo
rum tuoꝛuꝫ conſoꝛtio te do
nãte merear adunari. Qui
viuis ꝛ regnas. Amen.

SAncti ſpũs aſſit nobiſ gratia. Que coꝛda no
ſtra ſibi faciat habitacula.
Expulſus inde cũctis viciis
ſpiritalibus. Spirituſ alme
illuſtratoꝛ hominum: hoꝛri
das noſtre mentis purga te
nebꝛas. Amatoꝛ ſancte ſen
ſatoꝛum ſemper cogitatuuꝫ
Infunde vnctionẽ tuam cle
mens noſtris ſenſibus. Tu
purificatoꝛ omniuꝫ flagitio
rum ſpiritus. Purifica no-
ſtri oculos interioꝛis homi
nis. Ut videri ſupꝛemus ge
nitoꝛ poſſit a nobis. Mun-
di coꝛdis quem ſoli cernere
poſſunt oculi. Coꝛ munduꝫ
crea in me. Ne pꝛoĳciaſ me
a. Redde mihi letitiaꝫ. Ue-
ni nũc olim pꝛomiſſe ſancte
ſpiritus. Ueni qui nunq̄ fi-
delibus tuis abes. Ueni ſa-
lus noſtra veni vita noſtra.
Qui enim viuere poterit ſi-
ne te. Tu es eniꝫ auctoꝛ no
ſter ac deſiderioꝝ noſtroꝛũ
optimus aduocatuſ. tolle iã
q̄ſumus ſoꝛdes delictoꝝ de
coꝛdibus noſtris: ꝛ nobiſ le
tos tue p̄ſentie exhibe vult⁹
Tu ſeptifoꝛmis munere: ac
cende lumẽ ſenſibus. Hoſtẽ
repellas lõgius. Da gaudio
ruꝫ munera: da grãꝝ p̄mia:
diſſolue litis vincula: aſtrin
ge pacis federa. Per te ſcia
mus da p̄rem: noſcamus at
q̄ filium. Oꝛatio.

ADeſto pꝛecibus meis ſpũs alme: ꝛ imitte in
me cõpunctionẽ coꝛdiſ: api
mihi ſenſuꝫ: ꝛ indulge mihi
omnia crimina: placatũq̄
mihi fac patrem ꝛ filiũ. Cũ
quibus viuis ꝛ regnas de⁹.
Per oĩa ſecula ſecul. Amẽ.
¶ Oꝛationes perpulchꝛe

dulciſſimo nomine ieſu.

O Dulciſſime ⁊ amãtiſſime ieſu. Jeſus ē nomē bonū: nomen precioſuꝫ: nomen ꝙ nemo pt dicere: niſi i ſpū ſancto. O dulciſſime ⁊ ſuauiſſime ieſu. O amabile ⁊ admirabile. O magnuꝫ ⁊ ſalutiferū nomen ieſus. Jeſus eſt nomen pium: nomē delectabile: nomē bone ſpei: cōfortans pcōꝛē. Quid eſt nomen ieſus niſi ſaluatoꝛ. Ergo ieſu propter temetipſum eſto mihi Jeſus. Jeſu bone: Jeſu dulcis. Jeſu benigne: ꝓpter hoc nomen tuū fac mihi ſm nomē tuuꝫ: q̄ me plaſmaſti ne pereaꝫ eſto mihi ieſus. Jeſu bone. Jeſu optime miſerere mihi duꝫ tēpus eſt miſerēdi: ne me dānes i tpe iudicātis. Aperi oculos mētis mee vt poſſiꝫ terrēa omnia ⁊ oblectamenta ſimul ⁊ aduerſa ex coꝛde puro dſpicere ⁊ ea q̄ celeſtia ſūt ⁊ eterna iugiter cogitare ⁊ anim⁹ meus ſemꝑ intētus eē valeat ꝯtemplatiōi eternoꝝ bonoꝝ Jeſu pie. Jeſu beigne: Jeſu miſericoꝛdiſſime admitte me in numerum electoꝛū tuoꝛum: vt cum illis tibi ſeruire: te laudare ⁊ gloꝛificar̄ merear: nunc ⁊ vſq̧ in ſeculum. Amen.

¶ O nomen ꝑdulce mihi ⁊ requies certa laboꝛū. O gloria ſaluſq̧ noſtra vera. O remiſſio peccatoꝝ ⁊ miſericoꝛdia noſtra vera. O vox noſtra ⁊ ſapiētia diuia. O fiducia ⁊ ꝓtectio noſtra eterna. O mur⁹ iexpugnabilis ⁊ arma nr̄a inuictiſſima. O nomen Jeſu chꝛiſti ꝑdulce mihi. O vnica vita mea Jeſu chꝛiſte dele omnia peccata mea: ꝑterita ꝑſentia ⁊ futura. Et libera me ab ira tua: ⁊ a poteſtate ⁊ a timoꝛ ⁊ virib⁹ demonū. Et ꝑfice i me laudē tuā h ⁊ i futuro. Am̄

¶ Oꝛones deuotiſſime dicēde in dedicatione templi cum quis cupit adipiſci indulgentias ibidem conceſſas. Et ꝑꝛio dicēdi ſunt pſalmi ſequētes. Domine quis habitabit. ps. Judica me domine qm̄ ego in innocen. ps. Dominus illuminatio. ps. Bn̄dic anima mea dominuꝫ: ⁊ omnia. ps. Lauda hieruſalem dominum. Ky-

ricleſō. Xpēcleiſon. Kyrie
eleiſon. Pater noſter. Et ne
nos inducas. v. Dn̄e dilexi
decorem domus tue. ℟. Et
locuȝ habitationis glie tue.
v. Unā petij a dn̄o hanc re
quirā. ℟. Ut inhabitē i do
mo domini omnibus dieb⁹
vite mee. v. Ne perdas cuȝ
impijs deus aīaȝ meam. ℟.
Et cum viris ſanguinum vi
tam meam. Oratio.

FIli dei ante tpa genite
idēq; filius virginis fa
ctus in tpe: qui licet vbiq; p̄
ſens oia ꝯtinendo impleas
ꝛ implēdo cōtineas atq; tri
nam machinaȝ rerū eterno
iure poſſideas: noſtri tamē
cauſa domū maieſtatis tue
in terris edificare voluiſti:
in q̄ plebs fidelis ad te ado
randū confluenſ ſueq; fidei
ꝛ deuotionis munus tibi re
ferēſ remediū aīaꝝ ſimulq;
a te promereri ſperat iuua-
men tribulationuȝ: obſecro
te p ſacrū incarnatiōis tue
myſteriū: p qd̄ rex eternita-
tis particeps factus es nr̄e
infirmitatis. Et per dilectio
neȝ intacte genitricis tue cu
ius puellarem vterum ſpiri
tu ſancto illuſtratū ꝯgruum
ſcītati tue habitaculū elegi-
ſti: vt in hac domo oratiōis
nomini tuo dedicata me vl
timū ſponſe tue eccleſie mē
brum exaudire digneris: ꝛ
de quacunq; tribulatiōe ad
te clamantē pio ſemp digne
ris ꝯſolari fauore. Qui cuȝ
deo p̄re i vnitate eiuſdē ſpi.

Alia oratio.

TU dn̄e qui oia ſcis an-
teq̄ fiant: ꝛ quē non la
tet vllū ſecretū: quiq; omnē
fragilitatis nr̄e idigētiā pre
noſcis anteq̄ rogeris. Mi-
ſerere mihi peccatori ꝛ indi
gno in oībus aīe ꝛ corporiſ
neceſſitatibus: nō ſicut mea
exigūt merita: ſed ſicut tue
placeat pietati: meeq; fragi
litati ſit neceſſarium. Et tu
pater altitonās pater ſācte
pater iuſte: qui cū eterno fi-
lio ꝛ coequali ſpiritu ſancto
ſuper altitudinē celoꝝ re
gnās i vnitate trinitatis an
gelicis vocib⁹ ſine itermiſſio
ne laudaris terreſtriuȝ quo
q; obſequijs delectaris: ꝛ tu
ꝓtege domum iſtam ad lau
dem ꝛ gloriā tue maieſtatis
edificatam: oēſq; quos hūc

diem dedicationis deuota mēte celebrare: vel te ī hac domo laudare cōſpicis: grā tue leuiſſime pietatis ab oībus inſtantibus vite piculis ꝓtege: necnō aſcriptos nūe ro electoꝝ pduc ad gaudia ciuiū ſupnoꝝ. p vnicū ⁊ dilectum filiū tuum. Qui tecū.

¶ Alia oratio.

Omnipotens ⁊ miſericors deus qui celos celorūq; virtutes mirabili diſpenſatione regis: oīa iuſto iudicio diſcernis: qui duz viuis ⁊ electis lapidibus eternum cōdis habitaculū maieſtati tue: ſemꝑ ſancte ⁊ indiuidue trinitatis nomen ⁊ confeſſionem oīum fideliuz miſerrimus ego immundis labijs meis exorare ꝑſumo vt per interceſſiones ⁊ merita ſanctoꝝ quoꝝ hic hodie feſta celebramus: vl̄ q̄rū hic ſacre pauſant reliquie: mei corpis tenebras lumie tue indulgentie illuſtrare: ⁊ pectoris mei duricias tuo ſuaui iugo edomare digneris: ne deſpicias in me miſero creatura tuā omnipotēs deus opus manuum tuaruz ſed in hoc templo cuius hodie diem dedicationis celebramus. exaudi preces mei indigni famuli tui: ne per innumeras facinorum meorū ruinas mihi miſero illa mitiſſima auris claudatur que quondam niniuitis peccatis ingruentibus clauſa per iram: per penitentie ſatiſfactionem mitiſſime aperiebatur. Qui viuis ⁊ regnas.

¶ Alia oratio.

Deus cui oīa viuunt memento q̄ mira ꝑdeſtinationis tue linea meretrices: publicanos per ꝯtriti cordis ſacrificiuz in ſancti ⁊ ꝑncipalis tui templi habitaculum mundaſti. Ideo tuā imenſam ſupplicit er expoſco clementiam: vt per illā miam qua publicanis ⁊ meretricibus regnum celorū oſtendiſti: ⁊ per merita huius ſancti templi tui ⁊ ſanctoꝝ tuoꝝ quoꝝ honore ⁊ noīe illud credimus cōſecratū illecebroſas ſordes igne ſcī ſpūs in me expurgare ⁊ excutere digneris. Et oēs hic in tuo noīe ⁊ honore ꝯgregatos: hoc in tēplo

cui⁹ natalis eſt hodierna ſo
lēnitas muro tuo iexpugna
bili circūcinge domie:⁊ ani
mas omniū quoꝝ ſumptu ⁊
laboꝛe hoc manufactū glīe
tue tēplū vnq̄ adiutū eſt:vl
coꝝ q̄ hic vſq; hodie ad te
refugiuȝ querunt :cuſtodire
digneris:⁊ eripere de anti-
qui hoſtis inſidijs : oiumq;
in circuitu huius ſci templi
quieſcentiū aīe per te ⁊ per
ſctām genitriceȝ tuā requie
ſcant in pace:⁊ in memoꝛia
xp̄i tui q̄ ꝑ nr̄a redemptio-
ne moꝛi dignatus eſt . Qui
viuis ⁊ regnas deus . Per.
¶ Alia oꝛatio ⁊ finalis de
eadem.

OMnip̄s ſempiterne de⁹
rex regū ⁊ dn̄s dn̄ian-
tiuȝ qui intueris abyſſos:⁊
ſedes ſup cherubin in alti-
tudinē potenti v̄tute ſuſten
tāſ celoꝝ quiq; ſolito moꝛe
pietatis tue hūani generis
ſalutē amplificare voluiſti.
dum tēplū noī tuo manufa
ctū i terriſ fieri iuſſiſti. Atq;
exaudita tui ſalomoniſ oꝛo
ne multa beneficia omni-
bus ad hoc cōfugientibus
daturuȝ pꝛomiſiſti. Exaudi
me infelicem multis negli-
gentijs inuolutum:non ſm
merita mea ſed ſancti no-
minis tui venerationem. In
tercedēte ſancta Maria cū
omnium fidelium turmis :
quoꝛum reliquie nobis mi-
ſeris ad ſolatium in hoc lo-
co cōtinentur. Et fac me mi
ſeꝝ pꝛius impetrare q̄ non
offendam ſplēdidiſſime tue
claritatis vultum:⁊ tūc pꝛe
ſtabilis fias mihi petenti iu
xta ſermoneȝ tue pꝛomiſſio
nis dicētis. In domo mea q̄
petit accipit:⁊ qui querit in
uenit:⁊ pulſanti aperietur.
Per illa multimoda bene-
ficia ⁊ venerabilē nominis
tui feſtiuitatem exurge ⁊ mi
ſericoꝛditer mitiga tumul-
tuātes peccatoꝛum meoꝛuȝ
cogitationes ſimul cum per
petratis malis:quia niſi tui
adiuuerit gratia in iteritum
me miſerum timeo mergāt.
Et hoc oꝛo pꝛe oibus miti
ſime pater : vt in quocunq;
facto ſciēſ aut neſciēs q̄ ma
xime tuam pietatem offēdi:
per huius ſancti templi tui
dedicationeȝ:⁊ per magnā
tuam clementiam digneris

mihi in perpetuum remitte re:quatenus vel in extremo loco eterne vite libri merear cōſcribi. Per eum qui omnem mundum ſuo ſanguine redemit: et tecum ac cum ſancto ſpiritu viuit et reg. deus in ſecula benedict⁹. Amen.

¶ Sequuntur ſuffragia pro fidelibus defunctis dicēda.

Notādum quod quamuis certa ſint officia pro fidelibus defunctis ab eccleſia inſtituta vtpote vigilie commendationes et agende funerales in exequijs et alijs defonctorum memorijs dici ſolite: quia tamē iſta quotidiana ſunt et nimium vſitata. ideoque faſtidium inducunt ſi nimis iterentur ea de re pro maiori deuotiōe habēda in huius mortuorum ſuffragijs hic aliqua ſubiūgūt ſpālia et min⁹ vſitata ſuffragia ex pluribus ſcōrum patrū dictis extracta: que pro certis charis et magis recōmiſſis defunctis nō nūquā dici poterūt. In primis itaque dicatur pſalterium dauiticum: vel quindecim gradus vel ſaltē dicant ſeptem pſalmi penitentiales: ſemper in fine cuiuſlibet pſalmi dicendo. Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. De poſt ſequitur letania preſens.

¶ Letania defunctorum.

Kyrieeleiſō. Xpeleiſō. Xpe audi nos

Pater de celis de⁹: miſerere animab⁹ oīum fideliū defunctorum.

Fili redemptor mūdi: miſere re oīum fideliū defunctorum.

Spūs ſancte deus: miſere animabus o.

Sancta trinitatis vnus de⁹ miſerere.

Sancta maria. Intercede pro animabus.

Sancta dei genitrix. intercede pro animabus.

Sancta virgo virginū: intercede pro animabus.

Sancte michael itere. p.

Sancte Gabriel inter.

Sancte Raphael inter.

Oēs ſcti angeli et archāgeli Intercedite pro aīabus.

Sācte ioānes bap. inter.

Oēs ſcti patriarche et prophete Intercedite pro aīabus.

Scte petre inter.

Scē paule inter.

Scē andrea interc. p.
Scē iacobe interc. p.
Scē ioānes interc. p.
Scē thoma interc. p.
Scē iacobe interc. p.
Scē philippe interc. p.
Scē bartholomee īterc. p.
Scē mathe interc. p.
Scē ſymon interc. p.
Scē thadee interc. p.
Scē mathia interc. p.
Scē luca interc. p.
Scē marce interc. p.
Scē barnaba interc. p.
Scē thimothee interc. p.
Oēs ſcti apli ⁊ euangeliſte. intercedite pro animab⁹.
Scē ſtephane inter.
Sancte line inter.
Sancte clete inter.
Sancte clemens inter.
Sancte alexander inter.
Sancte vrbane inter.
Sancte fabiane inter.
Sancte corneli inter.
Sancte ſixte inter.
Sancte cypriane inter.
Sancte arbogaſte. inter.
Sancte laurenti inter.
Sancte vincenti inter.
Sancte hypolite inter.
Sancte ſebaſtiane inter.
Sancte blaſi inter.
Sancte georgi inter.
Sancte eraſme inter.
Sancte xp̄ofore inter.
Sancte vitalis inter.
Sancte pancrati inter.
Sancti ioannes ⁊ paule intercedite pro animabus.
Sci coſma ⁊ damiane iter.
Sancte maurici cum ſocijs tuis. inter.
Sancte dionyſi cum ſocijs tuis. inter.
Sancte achati cum ſocijs tuis. inter.
Oēs ſci martyres inter.
Sancte ſilueſter inter.
Sancte leo inter.
Sancte gregori inter.
Sancte ambroſi inter.
Sancte auguſtine inter.
Sancte hieronyme inter.
Sancte martine inter.
Sancte brici inter.
Sancte nicolae inter.
Sancte remigi inter.
Sancte antoni inter.
Sancte paule inter.
Sancte benedicte inter.
Sancte egidi inter.
Sancte colūbane inter.
Sancte bernarde inter.
Sancte frāciſce inter.
Sancte dominice inter.

Omnes ſancti confeſſores
intercedite pro aiabus.
Sancta anna inter.
Sancta Maria Magdalena inter.
Sancta felicitas inter.
Sancta perpetua inter.
Sancta agnes inter.
Sancta agatha inter.
Sancta lucia inter.
Sancta cecilia inter.
Sancta anaſtaſia inter.
Sancta colūba inter.
Sancta priſca inter.
Sancta margarita inter.
Sancta barbara inter.
Sancta chriſtina inter.
Sancta dorothea inter.
Sancta gertrudis inter.
Sancta ſcolaſtica inter.
Sancta brigida inter.
Sancta helena inter.
Sancta effra inter.
Sancta heliſabeth inter.
Sancta vrſula cum ſodalibus tuis intercedite.
Oēs ſancte v̄gines ꝛ vidue intercedite pro aiabus.
Oēs ſci. itercedite ꝓ aiabꝰ.
Propitius eſto libera aias eoꝝ dñe. A laqueis diaboli li. a. e. d. A poteſtate demonum. li. a. e. d. Ab ira tua. li. a. e. d. A damnatione perpetua. li. a. e. d. A penis inferni li. a. e. d. Ab omni malo. li. a. e. d. Per natiuitatem tuā libera aias eorum domine. Per crucem ꝛ paſſionē tuam. libe. a. e. d. Per mortem ꝛ ſepulturā tuam. lib. a. e. d. Per glorioſam reſurrectionem tuam. lib. a. e. domine. Per admirabilem aſcenſionem tuā. li. a. e. d. Per aduētum ſpiritusſancti paracliti li. a. eo. d. Peccatores: te rogamꝰ audi nos. Ut aias famulorū famularūqꝫ tuarū de pncipibꝰ tenebraꝝ: ꝛ de locis penaꝝ liberare digneris: te ro. Ut remiſſionē oīū peccatorū eis dones: te ro. Ut quicqd vitiorū fallente diabolo contraxerūt clemēter idulgere digneris: te ro. Ut quicqd in hoc ſeculo ꝓprio reatu deliquerūt pie ōlere ꝛ miſericorditer abſtergere digneris: te ro. Ut eas ab inferorum cruciatibus liberare digneris: te rog. Ut tua grā ſuccurrēte mereant euadere iudiciū vltionis: te ro. Ut eis placidā ꝛ quietā māſionē tribuere digneris.

te ro. Ut eas in pacis ac lu cis regiõe cõſtituere digneris: te ro. Ut nos exaudire digneris: te ro. Fili dei: miſerere aiabus eorum. Agne dei qui tollis pctã mũdi: miſerere aiabus eoꝝ. Agne dĩ ꝗ tollis pctã mũdi: dona eis pacem: ⁊ requiem ſempiternam. Xp̃e audi nos. kyrieleiſon. Xp̃eleiſon. kyrieleiſon. Pr̃ nr̃. Et ne. ṽ. A porta inferi. ℟. Erue dñe aias eoꝝ. ṽ. Nihil ꝓficiat inimicu in eis. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis. ṽ. Dñe exaudi oratioñe meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

Deus origo pietatis pr̃omisꝝ: ſolamẽ triſtiu indultor criminu de cuius munere oẽ qđ bonũ dicitur procedit. reſpice propicius ſupplicũ preces: ⁊ q̃uis nos propria õputet idignos cõſcientia te dignum noſtris flecti petitiõibus: tamẽ pulſamus q̃tulumcũq; concedit aures: tue pietatis. Na ſi omittimus in vtroq; veremur eſſe rei: quoniam ⁊ te precipis a peccatoribus exorari: noſtroq; ⁊ ſi nõ merito hoc agendum te preſtã te tribuit miniſterio. Ergo ſãcte pater omnipotẽs eterne deus: qui vnicum filium tuum dominum noſtrum ieſum chriſtum incarnari de virgine conſtituiſti: qui vetuſtũ ſolueret proprio cruore peccatum. Quiq; gratia cooperãte ſancti ſpiritus dignatus eſt mortis legem pati vt vitam rederes mundo. Te queſumus ipſo opitulãte: ⁊ beata maria ſemper virgine cum omnibus ſanctis intercedente: vt animas famulorũ famularumq; tuaꝝ ab ergaſtulo ſcenulente materie exẽptas ab oibus piaculis abſoluas Amen.

¶ Non patiãtur iſidias decurſantiũ demonũ: propter quas ad terras miſiſti vnicu filiu tuu: Amen. Libera ⁊ abſolue eas a tetra voragine iferni: quas redemiſti p̃cio vnigeniti tui. Amen. libera ⁊ abſolue eas ab eſtuãtis gehẽne incendio collocans in paradiſi amenitate: Amẽ. Non ſentiãt pyſſime pater qđ calet in flãmis: qđ

ſtridet in penis. Amē. Sed
mia tue magnificētie p̄ueniē
te mereantur euadere iudi-
cium vltionis: ⁊ beate requi
ei: ac lucis eterne felicitatis
perfrui. Preſtante eodē vni
genito tuo dn̄o noſtro ieſu
chriſto. Qui tecum ⁊ cū ſpi
ritu ſancto viuit ⁊ reg deus
bn̄dict⁹ in ſecula ſec. Amē.

¶ Item alia oratio pro de
functis ſatis rara: ſed multū
deuota.

DEus ſūme pacis celi ⁊
terre: ſancte pater oi
potēs eterne. Rogo te vt ſu
ſcipias animam famuli tui
vel famule tue: ſeu famulo-
rum famularūq; tuaꝝ inter
ſcōs pauſantiū ſpūs. Amē.
Alpha ⁊ o. lux de luce. ieſus
xp̄s filius dei viui q̄ Adā p̄
muꝫ hoiem liberauit ⁊ laza
rum reſuſcitauit: ſic liberet ⁊
reſuſcitet aiaꝫ famu. tui ⁊c.
inter ſctōs pauſantiuꝫ ſpūs.
Amen. Brachiū dn̄i qđ po-
tēs regit ſctōꝝ agmina duo
decies duodena milia q̄ ſe-
quūt agnū ðī illū ſeq̄t aia fa
muli tui vel famule tue etiā
īter ſctōs pauſantium ſpūs.
amē. Quē p orbē p̄dicabāt
bti martyres: cuius corpus
iacebat in ſepulchro triduo
⁊ quarto die r̄ſurrexit. ſic re
ſurgat anima famuli tui īter
ſanctos pau. ſpirit⁹. Amen.
De celo audita ē vox dn̄i
ē abrahe ab āgelo. pce filio
tuo: ſic pcat dn̄s aie fa. ⁊c.
īter ſctōs pauſ. ſpi. Amē. Ef
fundit dn̄s grāꝫ ſup puellaꝫ
v̄ginē ⁊ thalamo eā ſuſcita-
uit: ⁊ miratus eſt pplſ: ſic re
ſuſcitet aiaꝫ fa. tui in. ſ. pa. ſ.
Amē. Effudit dn̄s p multis
ſanguinē ſuū quem pphete
prenūciauerūt aculeū mor-
tis: quo calcauit infernuꝫ: ⁊
ſedet ad dexterā dei pr̄is oī
potētis: ſic ſedeat aia famu
li tui inter ſctōs pauſ. ſpūs.
Amē. Jeſus xp̄s de celis de
ſcendit quem iudei reproba
uerūt: nos aūt eū ſuſcepim⁹
ſic ſuſcitet animā famuli tui
iter ſcōs pau. ſ. Amē. Calor
in carneꝫ deſcendit vt tenta
ret fides. dyabol⁹ filios iob
accepit: alios ei dn̄s reſtitu
it. ſic reſtituet animā famuli
tui inter ſcōs pauſan. ſpūs.
Amē. Letent ſerui dn̄i oipo
tentis in noie dei pr̄is ⁊ filij
⁊ ſpūſſci q̄ ſcripti ſūt i libro

vice vt legē impleret dñi: ſic ſcribat aïa famuli tui inter ſcōs. pau. ſ. Amē. Magnū ē donū qđ recipiūt martyres laudāt gaudēt hymnum di-cant q̄ ſunt ī ꝯſpectu dñi: ſic gaudeat aïa famuli tui īter ſāctos pauſātiū ſpūs. Amē Diabolū3 magnū vicerunt martyres ꝛ ſatellites eius calcauerūt: iđ coronati ſūt: ſic coronet aïam famuli tui inter ſanctos pauſantiū ſpiritus. Amē. Orabat paulus ꝑpter teclā virgine3 ꝛ dñs illum exaudiuit: ꝛ liberauit virginem: ſic deus exaudiat ꝛ liberet aïam famuli tui inter ſcōs pau. ſpiritus. Amē. Parce dñe peccatis illius ꝛ noli vindicare illa quia tu deus crucem ſuſtinuiſti vt redimeres nos a peccatis: ita redime dñe animā famuli tui īter ſanctos. p. ſ. Amē. Qn̄ deſponſatus eſt ioſeph beate marie v̄gini: de⁹ p co lumbā oſtēdit ſibi ſignū poſtea ſortitus eſt v̄ginē: ſic ſortiat regnu3 celoꝝ aïa famuli tui īter ſanctos pauſantiū ſpūs. Ame. Rogabat ieſu3 mulier vt veſtimēti ei⁹ fim

briam tangeret ꝛ dñs dixit ei. Fides tua te ſaluam fecit ſic ſaluetur aïa famuli tui inter ſcōs pauſātiū ſpūs amē. Dauid pſalmos decātabat ꝛ orabat ī ſpiritu ſcō: ac ſuorū pctoꝝ remiſſionē obtinuit: ſic obtineat aïa famli tui inter. ſ. p. ſ. Amē ſanctorum canit chorus: letant martyres ꝯfeſſores atq; virgines ſic letet anima famuli tui inter ſanctos pauſantium ſpiritus amē. Tu redemiſti ſāguine tuo chriſte populum tuum: te deprecor virtus celeſtis vt colloces animaz famuli tui īter ſāctos pau. ſ. a. Chriſtus oblatos īfātes ad ſe venire fecit: quos ſuſcepit inocentes ꝛ manum eis impoſuit: ſic ſuſcipiatur aïa famuli tui iter ſanctos pau. ſpiritus amen. Hymnū deo ꝯcinnamus ꝛ laudemus eū vt nobis adeſſe dignet: qui potens eſt in oībus: vt ſuſcipiat animā famuli tui inter ſ. p. ſ. amē. Zacheus pnceps publicanoru3 que3 ſanauit pnceps oium bonoꝝ vocē eius audiuit: ꝛ in domu3 ſuam letus accepit. ſic ſuſci-

pſatur aīa famuli tui īter.ſ.
p.ſ.amē. O dñe ſaluā eā fac
o dñe bene ꝓſperare: bene-
dictus qui venturus es in no
mine dñi deus dñs ⁊ illuxit
nobis. ſic luceat aīa famu-
li tui inter.ſ.p.ſ.amen. Deli
cta iuuētutis eius ⁊ ignorā
tias eius ne memineris do-
mine: ſed ſm miam tuā ma
gnā memento aīe ei⁹ tu pro
pter bonitatē tuā dñe inter
ſanctos pauſātiū ſpūs .amē.
Dñe ſancte pater oīpotens
eterne deus: qui ſedes ſuper
cherubin ⁊ ſeraphin: vbi re
ſonant angeli ⁊ archangeli
hymnum canūt: vbi ꝓphe-
te ⁊ apoſtoli ꝑmanēt ⁊ glo
rioſi martyres gaudent qui
ſunt in cōſpectu dei innume
rabiles vbi ſunt omnes ſan
cti ⁊ electi dei ibi ſit aīa fa-
muli tui inter ſanctos pau-
ſantiū ſpūs amen. Oſtende
dñe ei miſericordiā tuam: ⁊
ſalutare tuū da ei inter ſan
ctos pauſantiū ſpūs. Amē.

¶ Item alia oratio.

COmmēdamus domi
ne aīam famuli tui in-
ter man⁹ ꝑiarchaꝝ abraā
iſaac ⁊ iacob: ⁊ oīum ſcōrū
patriarcharum tuoꝝ. Amē.
Cōmendamus dñe aīaꝫ
famuli tui inter manus pro
phetarum. Eſaye Jeremie
Ezechielis Danielis ⁊ om-
nium ſanctorum propheta
rum tuorum. Amen.

¶ Cōmendamus dñe aīaꝫ
famuli tui in manus apoſto
lorū Petri Pauli Andree
Jacobi Joānis ⁊ oīum ſctō
rum apoſtolorum euangeli
ſtaꝝ ⁊ diſcipuloꝝ tuoꝝ. a.

¶ Cōmendamus dñe aīaꝫ
famuli tui in manus ſancto
rum martyrū ſtephani Cle
mentis Laurentij Vincētij
⁊ omnium ſanctorum mar-
tyrum tuorum. Amen.

¶ Cōmendamus dñe aīaꝫ
fa. tui in man⁹ ꝯfeſſoꝝ mar
tini gregorij nicolai bñdcti
bernardi dñici frāciſci ⁊ oīꝫ
ſcōꝝ ꝯfeſſoꝝ tuoꝝ. Amen.

¶ Cōmendamus dñe aīaꝫ
fa. tui in manus ſcāꝝ vginū
ſcē marie vginiſ mrī dñi nrī
ieſu xpi: ⁊ ſcē agnetꝭ agathe
katherine barbare margari
te praxedis ⁊ potentiane ⁊
oīm ſanctaꝝ virginū. amē.

¶ Cōmendamus dñe aīaꝫ
famuli tui in mau⁹ oīuꝫ ſan

ctoꝝ tuoꝝ q̄ fuerunt ab oꝛi gine mundi: ⁊ erunt vſq; ad ↄſummationē ſeculi. Amē.

¶ Cōmendamus dn̄e aiaȝ famuli tui in manus ſancte trinitatꝭ patris ⁊ filij ⁊ ſpūſ ſancti: vt liberes eam ab oī bus tribulationibus ⁊ anguſtijs ſuiſ: ⁊ colloca eā dn̄e in nationibus regni tui cele ſtis. per oia ſecula ſe. Amē.

¶ Dele dn̄e iniq̄tatē famu li tui vt nubē ⁊ quaſi nebu lam peccata illius. Amen.

¶ Item alia oꝛatio pꝛo de functis multum bona.

TE dn̄e ſācte pater oṗs eterne deus ſupplices depcamur ꝓ ſpū famuli tui. N. quē a pꝛincipio, ſeculi ac creſcere pꝛecepiſti: vt digne ris ei dare locū lucidū ⁊ re frigerij ſedē vt liceat ei trāſi re poꝛtas inferni ⁊ vias te nebꝛaꝝ: maneatq; in māſio nibus ſanctoꝛuȝ in luce ſan cta: quam olim abꝛahe pꝛo miſiſti ⁊ ſemini eius. nullam leſionem ſentiat ſpirit⁹ eius: ſed cuȝ magnus dies ille re ſurrectionis aduenerit reſu ſcitare eā dn̄e digneris vna cum ſanctis tuis vt deleas eius pctā vſq; ad nouiſſimū quadrantē vt tecū imoꝛtali tatis vitam ⁊ regnum con ſequatur eternum. Amen.

¶ Alia oꝛatio.

LIbera dn̄e aiam famu li tui de periculis infer ni ⁊ de pſecutionibus mul tis ⁊ de flāma gehēne ignis Libera dn̄e aiaȝ famuli tui: ſicut liberaſti abꝛaaȝ de hur caldeoꝝ. Libera dn̄e aiam famuli tui ſic̄ liberaſti Loth de ciuitate ſodomoꝝ. Libe ra dn̄e aīam fa. tui ſicut libe raſti populū tuum iſrael de mān egyptioꝝ. Libera dn̄e animaȝ fa. tui ſicut liberaſti moyſen de manu pharaōis q̄ antecedebat pplm dn̄i ī d ſerto. Libera dn̄e aiam fa. tui: ſicut liberaſti Dauid de manu golie gigantis. Libe ra dn̄e animā famuli tui ſic̄ liberaſti heliā ⁊ enoch d h̄ mūdo. Libera dn̄e animam famuli tui ſicut liberaſti treſ pueros de camino ignis ar dentis. Libera dn̄e aiaȝ fa. tui: ſicut liberaſti danielē de lacu leonū. Libera dn̄e aiaȝ fa. tui: ſicut liberaſti Suſan nā de falſo crīe, ⁊ periculo

mortis. Libera dñe. a. fa. tui ſicut liberaſti Jonã de vẽtre ceti. Sic dñe libera aiaꝫ fa. tui ab oib⁹ pẽaꝝ locis ꝛ cũ electis tuis eam perferri iubeas in requiẽ eternã amẽ.

¶ Item alia oratio pro defunctis ad chriſtum.

Domine ieſu chriſte fili dei viui qui ex voluntate patris cooperante ſpiritu ſancto mundum per morteꝫ tuam viuificaſti. Libera dñe animã fa. tui a timore inimicorum ꝛ locis penarum. Libera dñe animam eius a fetore horribili ꝛ a denſis tenebris; fac eam dñe pleniſſime conſequi miam tuã: ꝛ ne patiaris eam vnq̃ a te ſeparari: ſed intercedente pro ea ſancta dei genitrice maria ꝛ oibus angelis ꝛ archãgelis patriarchis ꝛ ꝓphetis apoſtolis martyribus confeſſoribus virginib⁹ viduis ꝛ oibus ſanctis dignare eaꝫ per virtutem ꝛ vexillum ſancte crucis: ꝛ gloriaꝫ ſanctiſſime reſurrectionis inter tuos electos annumerari. Qui viuis ꝛ regnas per omnia ſecula.

¶ Item alia oratio.

Rogo te ſcẽ pr̃ ꝑ nomẽ tue altiſſime maieſtatis ꝛ tue clementiſſime paternitatis. Rogo te per vnicuꝫ filium tuũ. Rogo te fili ꝑ nomen dei pr̃is. Rogo te pr̃ ꝛ fili ꝑ ſpm̃ ſcm̃. Rogo te ſãcte ſpũs ꝑ patrẽ ꝛ filiuꝫ. Rogo te beatiſſima ꝛ glorioſa trinitas ꝛ ꝑ ſubſtãtie tue vnitatẽ ꝛ ꝑſonarum trinitatem: ꝛ maieſtatẽ ꝛ diuinitatẽ ꝛ oĩpotentiã tuã: ꝑ thronũ tuũ: ꝑ nouẽ ordines angelorum: ꝑ cherubin ꝛ ſeraphin: per thronos ꝛ dñationes: ꝑ vtutes ꝛ ꝑtãtes: per angelos ꝛ archangelos: ꝑ milia miliuꝫ q̃ aſtãt in cõſpectu tuo: ꝑ viginti quattuor ſeniores: ꝛ ꝑ q̃ttuõ aialia clamantia. ſcũs ſcũs ſcũs dñs deus ſabaoth ꝑ centũq̃dragintaq̃ttuor milia inocẽtiũ ꝛ eoꝝ ſanguinẽ qui effuſus ẽ miſerearis aie famuli tui. N. Amen.

¶ Oratio.

Parce dñe: parce anie eius ꝛ corpus tuuꝫ in ea non deſpicias: ſed eaꝫ ab inferis pro tua pietate liberare digneris. Amen.

¶ Rogo te fili ꝑ genitriceꝫ

tuā glorioſam: p ānūciatio-
nē tuā: p aduentū tuum per
incarnationē tuā ꝛ natiui-
tatē tuā: ꝛ p circūciſionē ꝛ
baptiſmum tuū per appari
tionē ꝛ oblationē tuā p fri-
gus tuū ꝛ laſſitudinē tuā p
ieiuniū tuum ꝛ famē ꝛ ſitim
tuā per tentationē ꝛ victo-
riam tuam: per ſacratiſſimā
cenam tuam per traditionē
tuā ꝛ patientiā tuā: ꝛ p oēs
paſſiones ꝛ anguſtias tuas
quas in carne pertuliſti per
illā triſtitiā quam habuiſti
qn̄ dixiſti. Triſtis eſt anima
mea vſq ad mortē. Rogo
te vt ſuſcipias animā famu
li tui. Per v̄ba tui amariſſi
mi doloris quādo clamaſti
Hely hely lamazabathani:
miſerere aīe famuli tui. N.
ꝛ da ei requiē ſempiternā.
Rogo te fili dei per ſangui-
nē tuum atq ſudorem p ca
ptiuitatē: ꝛ vincula ꝛ nuda
tionē tuā. per flagella ꝛ cā
nationē tuā. Per purpureā
ꝛ clamydē coccineam ꝛ ſce
ptrū arūdineū: p colaphos
ꝛ alapas. Per ſpineā coro
nam per irriſiōes ꝛ cōtume
lias tuas p dānationē tuā

per quā inocēs agne dei dā
natus es per oēs paſſiōes ꝛ
dolores ꝛ anguſtias ꝛ miſe
rias quas paſſus es pro pec
catis nr̄is: miſerere anime
famuli tui. N. ꝛ libera eā de
penis inferni. Rogo te fili
dei per crucē tuā ꝛ per cla
uos tuos: ꝛ per quinq vul-
nera tua: ꝛ per oīa membra
tua aſſumpta de virgīe ma-
ria ꝛ p mortē tuā precioſiſ-
ſimam per ſcm̄ tuū ſpm̄ quē
in manus pr̄is cōmendaſti:
cōmēdo dn̄e aiā famuli tui
N. vt liberare eā digneris
ab oibus penis. Rogo te fi
li per defoſſum latus tuum.
Per aquam ꝛ ſanguinē ex
eo manentē: per exequias
tui ſanctiſſimi funeris: p ſe-
pulturam tuā per deſcenſio
nem tuam ad inferos: ꝛ per
illas ſanctas animas quas
inde eduxiſti vt educas ani
mam famuli tui. N. ex om-
nibus pēis. Rogo te fili dei
per glorioſam reſurrectiōē
tuam: ꝛ admirabilem aſcen
ſionem tuā: ꝛ per illū ho-
norē quo eſt exaltata caro
tua quā aſſumpſiſti ex bea
ta virgīe maria. Rogo te p

illa ſacra verba gaudij qb⁹ traſiēs ex hoc mūdo ad patrem conſolatus es apoſtolos tuos dicens. Non vos relinquā orphanos veniā ad vos. Et per illā promiſſionem quā promiſiſti apoſtolis tuis qū ad celos aſcēdiſti dicēs. Uado ad patrē ꝛ mittam vobis ſpiritū paracliтū. Rogo te per illā viſitationē ꝛ ꝯſolationē qua ꝯſolat⁹ es apoſtolos dicēs. Pacem meam do vobis: et triſtitia veſtra vertet in gaudium. Per verba ſacra leticie ꝛ conſolatiōe: rogo te ꝛ moneo: vt quicquid anima famuli tui. N. in carne poſita peccauit miſericorditer remittere digneris: ꝛ eam in eterne ſaluationis partē reſtitue. Rogo te per aduentum recti iudicij vt liberes eā a morte eterna. Amen.

¶ Obſecro te per oēm pietatem ꝛ indulgentiam quā ꝯtuliſti viuis ꝛ defunctis ab initio ſeculi vſq; ad hodiernum diē: vt indulgentiā q̄ ſemp optauit aīa famuli tui mereatur accipe. Rogo te per amorem ꝛ honorē ſancte diuinitatis ꝛ filius dilectionis: quam habuit diuinitas ad humanitatem qū eā digniſſime aſſumpſit: ꝛ tu ſācte deus agyos otheos yſchirios athanatos eleyſon ymas: vt miſerearis anime famuli tui. N. peccataq; ei⁹ dimittere digneris: ꝛ a contagio mortalitatis eā exue ꝛ ſocietati ſanctoꝝ reſtitue Qui viuis ꝛ regnas.

¶ Item oratio pro defunctis dicenda a tranſeuntib⁹ per cymiterium.

Auete oēs fideles aie quoꝝ corpora hic re requieſcunt in puluere xp̄s qui nos redemit ſuo ſacratiſſimo ſanguine dignet vos a peccatis ꝛ penis pro his debitis liberare: ꝛ angeloꝝ choris ſociare. Amen.

¶ Alia de eodē: de qua habentur quadraginta dies idulgentiarum.

a Uete omnes fidēles aie quoꝝ corpa h̄ ꝛ vbiq; reqeſcūt: det vobis requiem ille: qui eſt vera requies. Jeſus chriſtus filius dei viui: qui natus eſt de immaculata v̄gine pro noſtra

omniūq̄ ſalute: ⁊ nos rede mit ſuo precioſo ſanguine: benedicat vos ⁊ a penis li beret: faciat q̄ vos reſurge re in die reſurrectionis ⁊ iu dicij: ⁊ angelis ſuis in celis aſſocians ſecum ſine fine gau dere. Ibiq̄ noſtri memores eſtote vt vobiſcum aſſocie mur ⁊ coronemur eo celo p eūdē. Qui viuit ⁊c. ℣. Requiē eternā dona eis dn̄e. ℟. Et lux ppetua luceat eis. Pr̄ nr̄ aue maria. A porta inferi. Erue dn̄e animas. Oratio.

Deus cuius miſeratio/ ne anime fidelium re quieſcunt animabus famu lorum famularumq̄ tuarū ⁊ omniū fidelium hic ⁊ vbi q̄ quieſcentium: da propi cius veniam peccatorū: vt a cunctis reatibus abſolute tecum ſine fine letent. Per eūdē xp̄m dominū noſtrū.

¶ Oratio pro cōſeruatiōe loci ⁊ ſalute cōgregationis.

Domine ieſu xp̄e pater omnipotens qui ele giſti locum iſtum ad ſeruiē dum tibi: ⁊ ad tua precepta ibi cuſtodienda: da nobis in hoc loco pacē ⁊ ſalutem mentis ⁊ corporis ⁊ concor diā ⁊ verā charitatem: vt ſo brij ſimplices ⁊ q̄eti ac vna nimes pcepta tua cuſtodia mus. Concordet vita cū no mine: ⁊ profeſſio ſeruetur in opere. Fac rectores noſtros ſm voluntatem tuam ⁊ neceſ ſitatem nr̄am vt te timeant ⁊ tua ſancta precepta cuſto diant ⁊ nos vera charitate diligāt ⁊ dirigāt.

¶ Cuſtodi domie locū iſtū ab oi graui peccato ⁊ ſcan dalo ⁊ ab omnibus inſidijs ⁊ perturbationibus dyabo li. Tu domine qui iſtam cō gregationem ad glorifican dum ſanctum nomen tuum in hoc loco adunare volui ſti: da nobis ſanctum ange lum tuum de celo: qui nos protegat: viſitat: ⁊ defendat ne patiamur detrimentum animarum noſtrarū. O do mie ieſu chriſte ne reſpicias peccata noſtra: ſed deprecca tionem pijſſime matris tue aduocate noſtre ſanctiq̄ mi chaelis archangeli: ⁊ ſancti ioānis baptiſte patroni no ſtri: ⁊ beatorum apoſtolorū petri ⁊ pauli ac ioannis: ac

q; illorum ſanctoꝝ quorum
relique hic habētur: ⁊ oium
ſcōꝝ tuorum: ⁊ adiuua nos
ſicut tu ſcis: ⁊ neceſſitatem
nr̄am noſti. Qui viuis ⁊ re.
deus per oia ſecu. ſe. Amen.

¶ Oratio bona de ſcā cru-
ce: ⁊ pōt dici in die ſcō para
ſceues: quando crux adora-
tur: aut in vtroq; feſto ſacte
crucis: vel etiā quottidie co
ram ymagine crucifixi.

SAlue crux ſcā Salue
crux glorioſa: ſalue vi
uifica: ſalue mūdi decus: ſal
ue ſceptruȝ oiuine potentie
ſalue dominice victorie tro
pheum: ſalue in ꝓ ſūmi ve-
xillum regis vitale ſigillum
ſub cuius triūphū mors ca
ptiua dacta eſt. In quo vita
ꝯtietur eterna. Te ſupplex
⁊ flebilis adoro: te ꝓnus ⁊
humilis ſaluto: te intima et
ꝑcordiali ꝺuotōe glorifico.
Tu eniȝ ſpes vnica ſalutis
mee. Tu ſingulare ꝑciuȝ re
dēptionis mee. Tu mihi tu
tū ⁊ inexpugnabile ꝑſidium
ꝯtra oia pericula. Tu mihi
firmiſſimū ⁊ impenetrabile
ſcutum ꝯtra ſeui inimici ia-
cula. In te inuenio peccatri
cis ꝯſciētie remediuȝ. De te
accipio ſanitatē aie ⁊ corpo
ris. Dulcis arbor. Dulce ro
bur: dulce lignū: dulcem ge
rens fructū: q̄ meruiſti ferre
dulce pōdꝰ: dulce latus: dul
cis lācea: dulces palmi: dul-
ces pedes: dulces in vtriſq;
claui. O ſacrū ⁊ benedictuȝ
ſūme propiciationis altare
in quo peracta eſt expiatio
mundi. O triūphale ſignuȝ
regis eterni: in quo ꝺbellati
ſunt principes ⁊ poteſtates
tenebrarum. O iuſtiſſima ſu
perne clementie ſtatera: in
qua appenſum ⁊ perſolutuȝ
eſt debitum captiuitatis an
tiq̄: ⁊ acqſita ē hūano gene
ri grā ⁊ redēptio libertatiſ
eterne: tibi laus: tibi honor
tibi glīa: tibi dignitas: tibi v
tus: tibi excellentia. Te fa-
uor extollit angelicus: te ꝓ
phetarum perſonat choruſ
te predicatio nūciat aploꝝ
te multiplex triūphus atte-
ſtatur martyruȝ: te venerat
ꝯfeſſoꝝ claritas: te virginū
cōmēdat integritas. Te iuſto
rū ⁊ electoꝝ oīm pia colūt
īdeſinēter officia. Salue ob
ſecro bn̄dic ⁊ ꝓtege me hu-

milez cultorē tue veneratio nis ⁊ veneratorē tue adorā de maieſtatiſ. Eſto mee pra uitati iugis ⁊ perpetua de-fenſio cōtra oēs tēpeſtateſ: contra oēs turbatiōes. Ne timeam a timore nocturno a ſagitta volāte in tenebris ab incurſu et demonio meri diano ne me per diem ſol exurat: neqꝫ luna per noctē Ne ad me vaſtator ⁊ percu tienſ angelus accedat. Sed vt tuo ſuffectus adminicu-lo preſentis vite mare ma-gnuꝫ ⁊ ſpacioſuꝫ manibus: vbi ſunt reptilla: quorū nō eſt numerus. animalia puſil la cum magnis: vbi leuia-than ille draco magnus et tortuoſus ſnatat abſqꝫ nau fragio anime tranſeam ⁊ ad portum quietis eterne feli-ci potius ſtatione perueni-am: per eum qui pependit in te Jeſum chriſtum domi num noſtrum. Qui cum pa tre ⁊ ſpiritu ſācto viuit ⁊ re gnat. Oratio.

SAnctifica me domine hoc ſignaculo ſcē cru-cis: vt fiat mihi obſtaculum contra ſeua iacula inimco-rum omniū: defende me do mine per lignum ſanctum: vt per precium iuſti ſangui-nis tui cuꝫ quo nos redemi ſti. Qui viuis ⁊ regnas.

Alia oratio de eodem.

CRucē tuā adoramus dn̄e: ⁊ ſcāꝫ reſurrectio nē tuā laudamus ⁊ glorifica mus. Ecce ꝓpter cruceꝫ ve-nit gaudiū in vniuerſuꝫ mū dum dn̄e ieſu xp̄e vexillum tue crucis adoro: vt ꝑ virtu tem illam quaꝫ operatus eſ in cruce aiaꝫ meā ⁊ corpus meum ab omni malo: ⁊ ab omni perſecutione inimico-rum viſibilium ⁊ inuiſibiliū me ſaluare digneris. Qui vi uis ⁊ regnas. Oratio.

SAncta crux chriſti per te redemptus ſum: per te merear veniā ⁊ indulgen tiam percipere peccatorum meorum Sācta crux ſalua me: qꝛ in te paſſus eſt ſalua tor mūdi. Salua me chriſte ſaluator per virtuteꝫ ſancte crucis: qui ſaluaſti Petrum in mari miſerere mei. Crux dn̄i mecum. crux eſt quam ſemꝑ adoro. Crux mihi re-fugiuꝫ. Crux mihi defenſio.

Crux mihi vita ⁊ protectio atq₃ ad introitum in preſenti vita ⁊ in futuro iudicio per infinita ſe.ſeculorū. Amen.

¶ Inuocatio ſancte trinitatis optima cuȝ quis aliqd vult incipere.

Nomen dei prīs ⁊ filij ⁊ ſpūſſci ſit bn̄dictum in me. Fac mihi dn̄e q̄ſo ſit fides firma i corde: galea ſalutis in capite: ſignū ſcē crucis i frōte: vbuȝ veritatis in ore: volūtas bona in mente Dilectio dei i pectore: ꝯcinſio caſtitatis in circuitu: honeſtas in actione: ſobrietas in ꝯſciētia hūilitas in ꝓſperitate ſpes i creatore: amor vite et̄ne: ⁊ pſeuerātia i bonis opib⁹ vſq₃ in finē. Amē.

¶ Oratio dicenda quando quis vult iter icipere: quando domum exit dicat.

Deduc me domie in via tua: ingrediar i veritate tua: letetur cor meuȝ vt timeat nomē tuū. Pr̄ nr̄. aue maria. Añ. In viaȝ pacis ⁊ ſalutis ac ꝓſperitatis dirige dn̄e greſſus meos: ⁊ āgelus tuus bon⁹ comitet̄ nobiſcū ad dirigēdū pedes noſtros in viam pacis: vt cū ſalute ⁊ ꝓ ſalute ⁊ ꝓſperitate eam⁹ ⁊ redeam⁹ ad ꝓpa. ps. Bn̄dictus dn̄s deus iſrael. Añ In viā pacis. Kyrieleiſon. Xp̄eeleiſō. kyrieeleiſō. Pater noſter. Et ne nos. Preces. Benedictus domin⁹ die quotidie. Proſperū iter faciat nobis de⁹ ſalutariū noſtrorum. Deus noſter deus ſaluos faciendi. Et domini domini exitus mortis. Homines ⁊ iumenta ſaluabis dn̄e. Queadmodum multiplicaſti miam tuā deus. Nihil proficiat inimicus in nobis. Et filius iniquitatis nō appōat nocere nobis. Eſto nobis dn̄e turris fortitudinis. A facie inimici. Domine exaudi orationem meā. Et clamor meus ad te veniat. Oratio.

Adeſto dn̄e ſupplicationib⁹ nr̄is ⁊ viā famulor̄ tuor̄ in ſalutis tue ꝓſperitate diſpone vt inter oēs vie ⁊ vite hui⁹ veritates tuo ſemper protegamur auxilio. Orō.

¶ Protector i te ſperātiū deus: ſine quo nihil eſt vali

dum:nihil ſanctū:multipli/
ca ſuper nos miām tuam vt
te rectore:te duce ſic trāſea/
mus per bona tēporalia:vt
nō amittamus eterna. Deus
qui miro ordine angelorū.
¶ Deus q̄ beatos tres ma
gos orientales Balthaſar:
Melchior: Gaſpar ad tua
cunabula:vt te miſticis ado
rarent muneribus ſtella du/
ce ſine oī impedimēto ad te
duxiſti. Concede propicius:
per horum trium regū pias
cōmemorationes nobis im
meritis famulis tuis in hoc
itinere quo ituri ſumus ſani
tatem:proſperitatem: tran/
quillitatem: iocunditatem:
gratiam ⁊ pacem:vt te ipſo
vero ſole:vera ſtella lucente
ad loca deſiderata perueni/
re valeamus cum ſalute.

¶ Contra raptores.

Deus meus de manu ini
micorum extolle me ⁊
libera me ꝓpter nomen ſan
ctum tuū ab his qui appro
priant mihi:quoniam inter
multos eras mecū.de⁹ me⁹
adiutor meus.deus me⁹ re/
fugium meum deus meus li
berator me⁹.In hoc cogno
ui qm̄ voluiſti me:qꝛ nō gau
debit inimic⁹ meus ſup me.

¶ Contra tempeſtates.

Titulus triumphalis:ie
ſus nazaren⁹ rex iudeo
rum defendat me. Ecce cru/
cem domini:fugite p̄tes ad/
uerſe:vicit leo de tribu iuda
radix dauid alleluia. Kyrie
eleiſon. Chriſteeleiſon. Ky/
rieeleiſon. Pater noſter. ℣.
Domine exaudi orationem
meam. ℟. Et clamor meus
ad te veniat. Oremus.

Omnipotens ſempiter
ne deus:parce metuen
tibus propiciare ſupplican/
tibus:vt poſt noxios igneis
nubium ⁊ vim procellarum
ad gloriam tue laudis tran/
ſeat cōminatio tempeſtatis.
Per chriſtū dominū nr̄m.

¶ Alia oratio.

A domo tua queſumus
domine ſpirituales ne
quitie repellantur ⁊ aereaꝝ
diſcedat malignitas tempe/
ſtatum. Per chriſtum domi
num noſtrum. Amen.

¶ Incipiunt orōnes beati
Auguſtini doctoris eccleſie
ſcē ad ſcām trinitatē per ſeri
as hebdomade, diſtincte ⁊ d̄

libris doctorum experte.

¶ Dñica die orõ eiuſdem.

Adeſto mihi verum lumen deus pater omnipotens. Adeſto mihi veruȝ lumen de lumine: v̄bum dei: filius dei: deus omnipotēs. Adeſto mihi vera illuminatio ſancte ſpiritus patris ꝛ filij vnitas ꝛ ſcitas charitas deus omnipotēs. Adeſto mihi o vna trinitas pater ꝛ filius ꝛ ſpūſſanctus deus omnipotens. Inuocat te domine fides mea quam dediſti mihi propter bonitatem tuam ad ſaluteȝ meā. Inuocat te domine deus meus vtinā caſta conſciētia mea ꝛ ſuauis amor fidei mee: quaȝ deduxiſti ignorātie tenebris ad veritatis indulgentiam perduxiſti. Inuocat te trinitas beata vox clara ꝛ ſincerus amor fidei mee qua ab ipſiſ enutriens cunabulis illuminaſti ſemper per inſpirationē gratie tue quā ad augēs confortaſti me per myſteriū predicationis ſancte matris eccleſie ꝙ dulcis ē i ore meo ꝙ ſuauiter ſapit in ipo palato gaudioruȝ anime mee ꝙ fortiter ꝙ cerebro pulſat mēteȝ meā: ꝛ fouens fouet omnes ſenſus meos ꝛ interiora mei ſpiritus vt te laudare delectat: qꝛ feciſti nos ad laudanduȝ te. Qui enim adheret deo vnus ſpiritus eſt cū eo. Fugiam itaꝗ domine ꝛ libenter fugiam obſtrepentes tumultus omnium vanitatū. Sed quo fugiam vt illos declinē: illos calceȝ ſub pedibus ꝛ procul repellam niſi ad te qui es ſoluſ refugium ꝛ vnica ſpes miſerorum ad te gloria mea ꝛ exultatio cordis mei confugiaȝ de lacu miſerie ꝛ de luto fecis: tibi inhereaȝ prout ipſe dederis ſuauitas melliflua: vt tu dulceſcas mihi dulcedo: nō fallax dulcedo felix ꝛ ſecura. Queraȝ ergo te domine inuocans ꝛ inuocabo te credens in te ꝛ querens te inueniam te: ꝛ inueniens bñdicaȝ te qui bñdixiſti nos omni bñdictione. Deus meus vnica ſpes mea exaudi me ne fatigatus nolim q̄rere te ſed vt q̄rā faciē tuā ſemꝑ ar

dēter: tu da q̄rēti te vires q̄ inueniri te fecisti: ⁊ magis ac magis ſpem inueniēdi dediſti. Illumina domine cordis mei oculum intime viſionis pſpicua luce: velatus eſt eni cecus caligie tetra peccatorum ⁊ ignorantie. Illumina euꝫ lumine gratie tue vt ſynceris fidei oculis ⁊ puro lumine cordis inſpiciā myſteria corporis tui. veruꝫ: quia nō ē pulchra laus i ore peccatoris viri: ⁊ fides ſine cōdignis opibus nō laudatur rogo patrem per filium. rogo filium per patrem. rogo ſpiritum ſanctum per p̄rem ⁊ filiuꝫ vt ⁊ omnia vitia elōgentur a me. ⁊ omnes ſācte virtutes plantentur in me: quatenus acceptabile tibi fiat ſacrificiū laudiſ fidei mee deus meus: ⁊ ad te deſcendat in odorē ſuauitatis: obſecro te ⁊ miſericordiā tuaꝫ ſupplex imploro: cunctoruꝫ fons ⁊ origo largitor ⁊ conſeruator omnium virtutum deus: adauge fidem ſanctā ⁊ rectam ⁊ imaculatā: fideꝫ feruentem ⁊ inſeparabilem que in me oē qd tibi plꝫ per dilectionem ⁊ humilitatem operetur que vinci neq̄at v̂bis alterationis in tēpore pſecutionis: vt in die neceſſitatis ſcrutans corda ⁊ renes corā te ē ſanitas ⁊ īfirmitas mea. Illā pco: ſua: iſtā ſana Corā te eſt ſcia ⁊ ignorātia mea: vbi mihi apuiſti ſuſcipe intrante vbi clauſiſti: ſuſcipe ⁊ aperi pulſanti vt audiēs itelligā te: intelligēs diligam te: ⁊ diligens laudeꝫ te. atqꝫ in toto corde meo deſiderē pulchritudineꝫ viſions tue ſemper inſpicere.

¶ Oratio ad ſcāꝫ trinitatē ſci Auguſtini. Feria ſcda.

Trina vnitas ⁊ vna trinitas. Cuiꝰ potētia gubernat omnia: regit omnia: implet omnia: creat omnia. Te cuncta magnificat. Te omnes ſpiritus laudant: te adorant: te benedicūt. Omnia beatorum ſpirituum agmina ⁊ ſupernorum ciuium tibi mater eccleſia ī toto orbe offert preces: ⁊ inceſſanter tibi decantant laudes. Te ergo vltimus ſeruoruꝫ tuoꝝ laudo ⁊ bn̄dico: mēs mea iubilat tibi ⁊ ois oſſa

mea clamant. Quis ſimilis tui dñe: tu es enim verus deus colēd⁹ ꝛ venerād⁹ ꝛ honorādus timēd⁹: ꝛ amādus cū oi deuotiōe dñe deus noſter: qꝛ cū nō eſſem⁹ potēter feciſti nos. Cum perditi fuiſſemus culpa noſtra pietate ꝛ bōitate tua reparaſti nos Unde cōfiteoꝛ tibi rex celi ꝛ terrꝫ honoꝛificabo te ſacrificio laudis. Sed qꝛ nihil niſi de tuo acceptabile tibi offerri poteſt tu deus in cuius lumine lumen videmus da queſo lucē in coꝛde. Da verbum in oꝛe: da menti celeſtē conſcendere ſedem: da fontem luſtrare boni. de luce reperta in te conſpicuos defigere viſus. Et qm̄ altera ꝑs ſumus celi: altera terre diſſipa queſo terre nebulas ꝛ pōdera moles atqꝫ tuo illumina ſplendoꝛe obſcuram iterioꝛis hominis mei faciem. Siſte vagas mētes per deuia multa ruentes. Subde coꝛpus anime atqꝫ me int⁹ ꝛ exteri⁹ per omnia tue ſubde voluntati: vt vniuerſis: ſuo bene compoſitis oꝛdie: per gratiam tuam perfecte diligere ꝛ digne laudare valeā labiis coꝛde dicqꝫ q̄ valeo virtute clamās ad te ita dicens. Sancta trinitas ꝛ īdiuidua vnitas pater ꝛ fili⁹ ꝛ ſpūſſcūs vnus deus oipotens creatoꝛ omniū de⁹ qui feciſti oia celū terrā mare ꝛ oia q̄ in eis ſunt in cui⁹ manu ꝛ poteſtate cūcta ꝯſiſtūt. in tuā ſanctiſſimam ac piiſſimā ꝛ ſingularē cuſtodiā cōmendo animā meā: coꝛpus meū ꝛ ſenſus meos cū oib⁹ actibus meis: vt me a malignis ſpiritibus ꝛ imūdis ac ꝑauis ꝛ vanis cogitationibus ſemꝑ ꝛ potēter eripias emūdas ꝛ defendas ſimul ꝛ ab oibus peccātis ꝛ iniqtatibus meis me miſericoꝛditer purifices ꝛ ab oibus hoſtibus viſibilibus ꝛ īuiſibilibus ꝛ piculis ī tua v̄tute defendas ꝛ ī eoꝝ poteſtatē nūqꝫ venire me ꝑmittas neqꝫ hic neqꝫ ī futuro. Sed miſericoꝛdiā tuā magnā et grāꝫ ſempiternā ī omni loco et ī omni tꝑe ſemꝑ adeſſe mihi clemēter et dignāter ꝓcede.

¶ Oꝛo ſācti Auguſtini ad ſcām trinitatē. Feria .iij.

COnfiteoꝛ te pr̄em ⁊ fi
lium ⁊ ſpm̄ ſcm̄ in ꝑſo
nis trinū: in ſubſtantia vnū
verū deū oīpotētē: viſibiliū
⁊ inuiſibiliū creatoꝛē. Te q̄·
dē cōfiteoꝛ patrē ſūme bōi·
tatis ⁊ totiꝰ deitatis. pͥmū
ex nihilo oīa ducentem: ſed
ꝑncipiū dātem. Credo ⁊ cō
fiteoꝛ non coꝛpoꝛali ꝓgēie:
neqꝫ extrinſecus neqꝫ ex ne
ceſſitate neqꝫ voluntate ſed
natura filiū generātē. Cō
fiteoꝛ ⁊ filium ex patre ſine
initio genitū ineffabiliter: ve
rum deū vnigenitū: per quē
oīa facta ſunt ⁊ verū dei pa
tris verbū non factum: non
creatū: nō adoptatū: ſed ge
nitū: ⁊ vnū cū patre ī ſubſtā
tia: ita equalem cū deo pa
tre: vt tu ipſe nec gradu nec
poteſtate poſſis eſſe īferioꝛ
nec diuine generatiōi aliqđ
tp̄s aſcribo: qꝛ ſemꝑ fuit pr̄.
Nūquid ergo nō fuiſti filiꝰ.
Te quoqꝫ ſpm̄ ſcm̄ verū dn̄ū
nō fcm̄ nō creatū nō genitū
ſꝫ ex pr̄e filioqꝫ ienarrabilr
ꝓcedentē. Igit dn̄e deus tri
ne ⁊ vne ſciētie lumē accēde
ī coꝛde meo qꝫ te diligē me
rear trinū ⁊ vnū, ſicut es tri
nus ⁊ vnus deus: ⁊ ignoꝛā
tie tenebꝛas magis ac ma·
gis remoue a me: vt ſpūali·
ter videā quātū poſſibile ē
humane fragilitati. Da mi·
hi ī via hac qua te duce gra
dioꝛ vt itelligā: ⁊ itellectū in
ſpira mihi: ⁊ ſemꝑ doce per
gratiā tuā qualiter ī te irre
pꝛehēſibiliter ſit credendū
vt te vnū deū eternaliter ſa
piā ⁊ incōpꝛehēſibiliter triū
perſonaliter capiam. Reli·
que vero ſacramēta que te
nētur in eccleſia tua ſtupen
da ſunt ⁊ venerāda. Sꝫ illō
tuū ſacrm̄ ꝓcellit vniuerſa.
Hoc nēpe indiuidue trinita
tis myſteriū: ⁊ illud celeſtis
mēſe ſacramētū qđ fideles
⁊ pias aīas paſcit carne ⁊
potat ſanguine: vt neqꝫ eſu·
riāt neqꝫ ſitiāt ī eternū. Fac
ergo me dn̄e deus meus pu
ra ⁊ ſimplici ꝯſciētia illa ꝓci
pue inter cetera ſentire, cre
dere: ſumere ⁊ retinere. Ne
ſinas queſo dn̄e fidem meā
in eis aliquatenꝰ vacillare:
ſed ita ſemꝑ ī eis ⁊ de eis ꝓ
tua tribuas pietate mihi cre
dere ⁊ intelligere ſicut veri·
tas ſe habet. Intret coꝛ meū

gloria tua q̄ ibi ſine ſono ⁊ ſi ne ſtrepitu verboꝝ loquať oium tantoꝝ myſterioꝝ veritatē dulce ⁊ dulcedine intus vbiq; foris ⁊ vndiq; infundat aīam meā illa grā virtutum. ⁊ iudex oium veritatum: ⁊ ſic irradiādo ⁊ ſoporando eā in ipo veritatis cētro ſtabilitat atq; cōfirmet vt neq; velim neq; poſſim d̄ tantis myſterijs aliter ſentire niſi ſicut decet ⁊ oportet. O omnipotēs bonitas cui⁹ pietatis aures ipſis pauperum tuorum deſiderijs patent intellige clamorem filij tui. Preſta domine vt ipſe mētis palato ſumme guſtē ⁊ ſapiā hec ineffabilia ſacra. Magna eni ſunt ⁊ mira valde: ⁊ ego paruulus i eoꝝ cōſideratione deficio quotiēs ad ea itueda fidei oculos attollo. Sz q2 miro mō vtraq; nobis neceſſaria ſunt ad ſalutē auctor iuiſibiliū creaturarū qui es ſumma ſubſtātia ⁊ vna diuinitas atq; pſonarū vera ⁊ pfecta trinitas Te deū prēz exoro ex quo oia: ⁊ filiū tuū p quē oia ſimulq; ſpiritūſanctū: in quo oia: te deū meū vnū ⁊ verū i trinitate cōfiteor quo creati ⁊ liberati ⁊ illuminati ſumus. Supplex oro tanto ꝗ̄ auidus myſterioꝝ lacta me nutri me: ⁊ in mēſurā etatis vſq; ad pfecti viri meā extēde exiguitatē: vt ſolidū būc perfectorum cibum capere valeam: imperfectum enim meū viderunt oculi tui.

¶ Oīo ſcī Auguſtini ad ſā ctā trinitatē. Feria q̄rta.

Domine da nob te rectorē te duce iter ſcillā ⁊ caribdi iter cernere p mediū: ⁊ integra naui ⁊ ſaluis mētibus puenire poſſim⁹ ad te portū tutiſſimū. Felix aia q̄ iā terreo ſoluta carcere libera celū petit: q̄ btīs iā admixta ſpiritib⁹ maieſtati tue ſecura nūc aſſiſtit: q2 te iā icircūſcriptū lumē cernit: que nullo metu mortis vel hoſtis afficiť: q̄ i corruptionis perpetuo munere letatur: vtinā ita ſuccedat ⁊ mortale hoc induat i mortailitatē. Nunc eni hāc diuitie iactāt: paupertas deijcit iuuētus extollit: ſenect⁹ incuruat ⁊ infirmitas fran-

git:meroꝛ deprimit: ⁊ poſt
hec oĩa moꝛs interimit: vni
uerſis gaudijs finẽ ĩponẽs.
Iãq; adueniat ⁊ aduolet il
lud regnum obſecro carens
moꝛte: vacãs fine: cui nulla
tẽpoꝛa ſuccedunt ꝑ euũ: vbi
cõtinuus ſine nocte dies: ne
ſcit haberẽ tẽpus: vbi illi an
geloꝝ hymnidici choꝛi ⁊ ſu
pernoꝝ ciuiũ ſocietas: vbi
dulcis ſolẽnitas ab ope ge-
nerationis huius triſti labo
re redẽpta. Ad hoꝝ ſanctã
frequẽtiã ⁊ tue ĩſpiciẽde pul
chꝛitudinis mẽſurã ⁊ ſine fi
ne letitiã: fac me dñe deus
toto coꝛde intendere: viril'r
currere: ⁊ feliciter ꝑuenire.
Interim dum maneo in iſto
coꝛpoꝛe: in his ſemꝑ medi-
tationib' mẽtẽ meã bonoꝝ
inſinuatoꝛ exerce. Munda
igitur coꝛdis intuitũ ⁊ men
tis affectum. Accende cele-
ſti igne animum vt te ſolum
amem: te ſolũ ĩ coꝛde habe
am: ⁊ in oꝛe: qui es futurus
nobis ſine fine ꝑmium: ⁊ vt
põdus moꝛtalitatis mee le-
uius feram. Da lumen ĩ coꝛ
de: da verbum in oꝛe: aperi
ſanctaꝝ ſecreta ſcripturarũ
pꝛofunda myſterioꝝ regni
tui regni viſceribus meis ꝑ
pina. Da ex amoꝛe tuo la-
chꝛymas: da fidei virtutum
q; pẽnas: quibus indut' rur
ſus ad te volitem: ⁊ ꝑſus
celum petam hoc per te: de
te ĩ te confiteoꝛ. O beata ⁊
bñdicta ⁊ glorioſa trinitas.
O v̄a ſũma ſempiterna vni
tas pater ⁊ filius ⁊ ſpiritus-
ſanctus. Confiteantur ergo
tibi dñe oĩa opa tua ⁊ ſãcti
tui bñdicant tibi. Et ne cõ-
fitẽdo reſipiſcant. Non ceſ
ſent a laudib' tuis peccato
res quoꝝ vnus ego licet in
peccatis ꝑmeꝛ coꝛde tñ dſi
derãti tuas decãto laudes.
Sꝫ ſi nõ ea qua debeo lau
de ⁊ dignitate: facio qua va
leo facultate: reſpice q̃ſo ſe
reno vultu: ad hoc mee exi-
guitatis obſequiũ: ⁊ ꝓpicia
bili dignatione accipe tãtil
lum ſacrificiũ ꝯfeſſiõis fidei
mee vt ad te redeat qđ a te
ꝟ enit non reſpiciẽs ad illđ
tñ qđ ĩ deuotus offero quã
tũ ad ea q̃ deuotiſſime dice
re volo: q̃cq̃d te decet vl' nõ
offẽdit: vt cognoſcãt anima
mea. Utinã poſſiꝫ offerrẽ ta

lia q̃lia illi hymnidici chori angeloꝝ. O q̄ libenter tuis in laudib⁹ me totū ĩfunderē ꝛ luculēter ĩ medio eccleſie carmē tue glorie infatigabiliter pꝛoꝛarē. Sꝫ qꝛ vt illi nequeoꝛ: pꝛſus tacebo. Ue domine tacentibuſ de te: q̄ oꝛa multoꝝ ſoluis: ꝛ linguas infantiū facis deſertas. Uerū qꝛ paruulis lꝫ balbutire. ſuſcipe ſacrificiū de manu lingue mee ꝯ cordis amore. ſꝫ ignoſce dn̄e rogo indigniſſimo ꝛ ifelici tecū de te diuti⁹ loquenti ſeruo. Ignoſce pie qꝛ non temeritate p̄ſūptionis: ſꝫ auiditate tui ꝯſiderij has oꝛones aſſumpſi vt breue ꝛ manuale verbū ꝯ te ſp habere. ex cui⁹ lectiōe quotiens tepeſco in tuū reaccēdar amorem. Sumus enim in medio laqueorum poſiti. ꝛ ideo facile refrigeſcim⁹ a celeſti deſiderio. vnde indigemus aſſidue monumento quo expergefacti ad te nr̄m verum ſūmumqꝫ bonuꝫ cū defluimus: recurram⁹. Qui viuis ꝛ regnas. Amen.

¶ Oꝛo ſācti Auguſtini ad ſanctā trinitatem. Feria. v.

Deus lux vera que ſine acceſſu ea q̄ eligis illuſtras ꝛ ſine receſſu ea que reſpuis ꝯſ ris. De⁹ cuius vnigēiti: fides nos excitat: ſpeſ erigit: charitas vnit: de⁹ qui petere iubes ꝛ īuenire facis ꝛ pulſantibus apis. Deuſ a quo auerti cadere ē: ad quē redire reſurgere eſt: in quo manere conſiſtere eſt. Deus quem nemo amittit niſi deceptus: nemo q̄rit niſi monitus: nemo inuenit niſi purgatus. Deus quem neſcire mors eſt: queꝫ noſcere viuere eſt: quem ſpernere perire eſt. Cui ſeruire negare eſt. te laudo te benedico atqꝫ adoro tue clementie atqꝫ bonitati gratias agens pro vniuerſis dōis ac beneficijs tuis atqꝫ datis ꝛ pro omnib⁹ beneficijs miſericordie tue q̄ anime corporiqꝫ meo largiris ꝛ ſemper largitus es a pueritia ꝛ a cunabulis meis ꝛ propter te ꝛ nomē ſanctum tuum. Da igitur dn̄e mihi rogo ſpacium locūqꝫ ꝛ fructus dignos penitētie. Da cor contritum ꝛ humiliatum: da gratiā lachryma

rum. Da lumen in corde: vires in corpore: vt que agenda ſunt videam ⁊ ad ea implēda q̄ ꝺ eis video fortiter cōualeſcaȝ. Miſerere mei dn̄e miſerere mei. Ne ꝑdas me queſo cū peccatis ⁊ negligētijs meis. Da mihi ꝓꝑ nom̄ tuū tu qui iuſtificas impios ⁊ viuificas mortuos: ⁊ mutas peccatores gratiā tuam ⁊ emunda vitam meam: melio ra actus meos. compone mores meos: tolle de me ꝙ tibi diſplicet ⁊ mihi nocet: ⁊ tribue pro bōitate tua qꝺ noſti tibi placere ⁊ mihi ꝓdeſſe. Fac me pc̄or clamans domine ꝑ gratiam tuam talez cui omnia poſſibilia ſūt vt placere valeam corā oculis tuis ī veritate. Tuā piaȝ non abhorreo medicinam. ſum eniȝ valde īfirmus q̄ſo medere lāguores meos: excoqua ſcoriā pctōꝝ meorū vſqȝ ad purū puluſꝙ ab eaȝ modis qbꝰ tibi videt. Sed rogo domine ꝑ tuaȝ miſ ricordiā ⁊ rogare nō ceſſo qꝺ nimis deſidero. Mollifica cor meū durū ⁊ lapideū tua mirabili vnctione. Mollifica me pc̄or ⁊ fac me ꝑ ignez cōpūctionis hoſtiā viuā corā te quottidie fieri. Reſpice in me dn̄e ⁊ miſerere mei da mihi effectuȝ petitionis ⁊ deſiderij mei. Da capiti meo aquā imēſam: ⁊ oculis iterim īfunde fontē lachrymarū iugiter manantē vt ꝓ vulneribus anime mee ideſinēter diebus ac noctibus deſicā: donec tēpuȝ acceptabile: donec dies ē ſalutis donec valeā flere mala q̄ feci ⁊ quottidie facio vt per labores penitētie vita eterna ꝑfrui merear cū bonis vel vltima ſaltē portiōe cū illo latrone venerabili: qui ꝑ vnū verbum factꝰ eſt heres paradiſi in ipſo mortis articulo: quē ꝓpter multitudinez miſericordie tue ⁊ bonitatē exaudiſti. Exaudi pie ieſu preces ſui tui: reminiſcer miſeratiōnū tuarū: qbꝰ mirabiliter ⁊ miſericorditer ſubuēiſti humano generi ꝓꝑ bōitatē tuā qm̄ nos amaſti paſtor bone q ꝓprio filio tuo nō pepciſti ſȝ ꝓ nobis oībus tradidiſti eū. ſubditus ille fuit tibi vſqȝ ad mortem: mortem aūt crucis

℘ nobis victor tibi fact⁹ eſt victia ſacerdos ⁊ ſacrificiū. merito mihi valida ſpes in illo ē qui ſanabit oēs lāguores meos: ꝑ eū qui ſedet ad dexterā tuā ⁊ interpellat ꝓ nobis. Deſpare vtiqꝫ poſſē: niſi vbum tuū caro fieret ⁊ habitaret in nobis. Si enī cū inimici eſſemus: reconciliati ſumus tibi ꝑ mortē filij tui q̄to magis nūc ſalui ſci ab ira per ipſū. Grās itaqꝫ ago tibi idulgētiſſime pr̄ ꝓ ſcā icarnatione paſſiōe morte ⁊ reſurrectione: ⁊ in celū aſcēſione dñi noſtri ieſu xp̄i filij tui. Bñdico nomē tuum totius viſcerib⁹ meis pro illa ſacratiſſima ſanguis effuſione qua ſumus redempti. Implorāmus ineffabilē miſicordiā tuam ne permittas nos eſſe ingratos de tantis beneficijs nec indignos tam multis miſ'ationib⁹. Sum⁹ enī pars tua nō vilēs: quos placuit tibi tāto redimere p̄cio. Qui viuis ⁊ reg. Amē.

¶ Orō ſci Auguſtini ad ſāctā trinitatē. Feria ſexta.

DEus ineffabilis ⁊ icircūſcripte nature: inſtitutio oium rex. dñi noſtri ieſu xp̄i pr̄: q̄ eundē filiū tuum delictū de ſinu tuo miſiſti ad publicū noſtrū ſuſcipe vitā noſtrā vt nobis donaret ſuā. Eſſetqꝫ ꝑfectus deus ex pr̄e ⁊ ꝑfectus homo ex mr̄e tot⁹ de⁹: ⁊ tot⁹ ho no vn⁹ ⁊ idē xp̄s etern⁹ ⁊ tēporalis i mortalis ⁊ mortalis creator ⁊ creatus: fortis ⁊ infirmus nutritor ⁊ nutritus: paſtor ⁊ ouis tēporalit̄ mortuus: tecū meternū ⁊ viuēs: o itor vite eterne municipiū: promittens dixit nobis ⁊ dixit. Quōcūqꝫ petieritis patrē in nomine meo dabit vobis. Obſecro itaqꝫ dñe: ⁊ nimis piū rogo te in nomine dulciſſimi filij tui: vt des mihi cū eodē filio tuo te i omnibus bñdicere ⁊ glorificare: quia quorū vna eſt ſubſtātia vnū ē ⁊ datū. Des ergo ꝑ illum ⁊ cū illo peccatorū meorū veniā ⁊ mandatorū tuorū cuſtodiā dilectionē filij tui ⁊ firmum amorē contra dyabolū fortia humilitatis arma ⁊ erga fratres veritatē ꝑfectam ⁊ charitatē inextinguibilē tēperantiā cibi potus ⁊ omni

⁊ totius aīe deſiderij cōtinē
tiā: auditū caſtū: ſimplicē vi
ſum: puritatē cordis: mundi
tiā corporiſ ⁊ cogitationem
mundaꝫ: oris cordiſqꝫ cuſto
diā: vt nec corpus intus ini-
quitatē cōcipiat: nec lingua
foris piuret: nec falſa loqua
tur: non taceat vera: nec ſa-
lutifera abſcondat: nec mor-
tifera proferat. Precor etiā
te vt des mihi aſſiduitatem
orandi: vires ieiunandi: fre-
quētiā legēdi: vt pcepta tua
infatigabiliter legā: qđ eſt re
ctū teneā: qđ deforme depo
nā: qđ pulchrū excolā: qđ ſa
nū ſeruē: qđ īfirmū corrobo
rē. ⁊ omne qđ tibi placet cu-
ſtodiā pſeueranter. Des mi-
hi inſup deſpicere tēporalia
⁊ totis virib⁹ eterna dilige-
re: ⁊ mortu⁹ mihi diſpliceaꝫ
⁊ tibi viuā: nō gaudeam nec
lugeā de tēporalib⁹: nec me-
tuā qđ tēporale ē: nō blādiſ
corrūpar: neqꝫ aduerſis deij
ciar. rogo ergo pr̄ clemētiaꝫ
tuā i noīe filij tui circūcinge
me augmēto: perfectioneqꝫ
virtutum: illumina ſenſum ⁊
aiam: vt illud a te petā qđ te
dlectat audire. Doce me qđ
cogitare quid agere quid lo
qui: quid tacere debeam. Da
mihi prudētiā: fortitudinem
iuſtitiā: atqꝫ tēperātiam. Da
diſcretionē diſcernēdi inter
dexterā ⁊ ſiniſtrā. Da ſenſuꝫ
vigilē ⁊ prouidū intellectuꝫ
vt poſſim bōa ⁊ mala diſcer
neř. Aufer a corde meo alie
nationes: cura in me ſtupo-
rē mētis ſtirpa in viſceribuſ
meis vtilia: ⁊ eradica iniqui
tates. Recipe ō lingua mea
detrahendi conſuetudinem:
mentiendi facilitatē: loqndi
ſcurrilitateꝫ: ⁊ oēs actus va
nitatis arte tue medicine ſa
na in me. Da mihi pfectōeꝫ
in moribus: tene me virtute
omnipotentie tue: ⁊ non ſi-
nas vagari proprij arbitrij
libertatē. iuxta prudētiā tuā
diſpone oēm viā meā in tua
voluntate: animā hanc pec-
catricē pro qua mortuus eſt
xp̄s: nō pmittas pire. Frenū
tuum in maxillis meis pone
⁊ tanqꝫ manſuetudinem tra
he me poſt te. Tu enim cun
cta q̄ mihi expediūt noſti: n̄
mihi: non dyabolo: non mū
do: non alicui alio lꝫ tua do
na ſubuertere: qꝛ totum fra

gtle eſt qđ tibi nitit̃ obuiare. Feciſti eni mecum miſericor diā tuā multā: pfice qđ cepiſti. Da mihi ſemp vbiq; contra hoſtem crudeliſſimū tue pie deſenſionis auxiliū: vt ſicut fragilitatē meā ille imūdus non ceſſat petere: ita tu is cogatur viribus abſcedere. pſtā vt ſim paruus: ⁊ oculis meis corā te inueniā gratiā. Adauge mihi firmā fidē ſpē inconcuſſam: charitatē: humilitatē q; pfectā: patientia; inuictiſſimā: corporis ⁊ aīe caſtitatē ppetuā. Da mihi cordis cōtritionē: lachrymarū fontē. Da ſimplicē innocētiā: puritatē cordis: cōſcientiam rectā ⁊ integritatē mētis. Da vires ⁊ vtutes vt victor mei in cūctis exiſtā. Dominet̃ in me ratio: ⁊ rōni oñetur gr̄a tua: vt non viuam beſtialiter raptus ipetu carnis: ſed ſit ↄuerſatio mea modeſta ⁊ rationabilis. Fac me puidū ⁊ in cūctis diſcretū. Tribue mihi nulli⁹ occaſionē ſcandali pbere ſimplicitatē ⁊ veritatē diligere ⁊ inſtāter ea que ſunt pacis ſequi. Per dominum noſtrū ieſum xp̄m ſi tuū. qui tec. vi.

¶ Orō ſci Auguſtini ad ſanctam trinitatē. Sabbato.

PAter oīu; bonorꝫ ds pr̄ cui nūq̄ ſine ſpe miſericordie ſupplicat̃ cum filio tuo ⁊ ſpūſcō. Da qđ a te deſiderat aīa mea: ⁊ qđ a te poſtulat mēs mea: quorꝫ. n. vna eſt ſubſtātia: vnū ē ⁊ datum. vna opatio. vnū donū vnaq; poteſtas. Lōge fac a me dñe omnem hypocriſim omnem ſimulationem ⁊ fac me tibi ſeruire in vitate. Cōcede queſo: dona aīe vt alacri corde obuiā tibi concurrere valeam: excita corpus meu; ſtimulis tuis: ⁊ fac me ſtrēnue perſeuerare in precep tis ⁊ laudib⁹ tuis die ac nocte. Da mihi ſciētiam humilem q̄ edificat: linguā eruditā ⁊ loqntē: vt ⁊ bonos valeam ad meliora exhortari ⁊ malos ad rectitudinis lineā reuocare. Infunde q̄ſo cordi meo ſpūm ſapientie ⁊ intellectus. ſpiritum ↄſilij ⁊ fortitudinis: ſpm̄ ſcie ⁊ pietatis: ⁊ reple me ſcō timore ⁊ amore tuo. Da irriguū ſuperius ⁊ irriguū iferi⁹. Da

mihi bñdictionẽ de roꝛe celi ⁊ pinguedine terre abundantiã. Da vt aia mea arde at igne amoꝛis tui. Fac me mũdo penitus extingui. Cõcede mihi coꝛ cõtritũ ⁊ humiliatũ ſemper habere coꝛã te. Fac me ꝑ gratiã tuã pctã mea delere antequã moꝛiar da mihi tota aia ⁊ totis viſceribus meis exquirere faciẽ tuã ſemp. Infunde dilectionẽ tuã pectoꝛi meo ⁊ ſcribe dulcẽ memoꝛiã tui ĩ tabulis coꝛdis mei. Illuſtra me celeſtis pꝛie luce ⁊ imaginez tue pꝛudẽtie nõ ſinas ĩ me obfuſcari. Concede mihi fragiliſſimo ſanctoꝝ patrum imitari veſtigia. Da mihi manſuetudinẽ modeſtiam tolerantiam: benignitatẽ pauptatẽ atq; longanimitatez coꝛdis contritionẽ: ⁊ fontez lachꝛymarũ cibi potuſq; abſtinentiam labioꝝ mundiciã ſpiritualẽ gaudiuz: ⁊ mundi contemptuz. Maxime a te dñe charitatẽ efflagito aie ⁊ coꝛpoꝛis pudicitiã ſicut illis feciſti. Precoꝛ te ꝑ filiũ tuũ reſpice ĩ me ⁊ miſerẽ mei exaudi oꝛationẽ meaz ⁊ da mihi

ſcientiam pꝛopter multitudinem benignitatis tue que mecum iugiter perſeuerans doceat me intercedere ĩ miſericoꝛdia coꝛam te ⁊ voluntatem tuam in omnibus diebus vite mee implere. Hanc rẽ pcto q̄ cum amicis pacificũ: ⁊ cum inimicis reddat trãqllũ q̄ me a vbo aſpo mitiget: ⁊ ab ocioſo ſmone cõpeſcat: q̄ me ſemp deuz vl' q̄ dei ſunt cogitaret ꝯpellat. Et oculos meos ab iſto vano ſeculo auertat q̄ mihi horaz moꝛtis añ ꝯſpectũ ingerat: ⁊ hoc gaudẽ ꝓhibeat: q̄ molẽ pctõꝝ meoꝝ ꝯſiderarẽ ⁊ plãgere faciat: ⁊ nõ alioꝝ delicta vel feſtucã leuiſſimã ꝑſcrutari. poſtremo omnia mũdi ꝓ nihilo habere. Et ſicut pijſſima miſẽicoꝛdia tua dediſti volũtatẽ mihi veniẽdi ad te ſic ꝑ illã mihi donare digneris ſapiẽtiã ⁊ itellectuz vtutẽ benignitatẽ ⁊ magnã grãz tuã ſine qua nec loqui nec agere aliqd boni valeo. Et qꝛ ipſe vnigenitus tuus dixit. Nemo vẽit ad me niſi pater qui miſit me traxerit eũ ⁊ nemo vẽiat ad pr̃em

niſi p me: obſecro ſancte pa
ter ⁊ deus noſter trahe me
tu ad ipm: ⁊ ipſe me pducat
ad te illuc vbi ipſe in dexte-
ra ſedēs ē eterna vita vbi ē
amor pfect⁹ timor nullus di
es eternus ⁊ vnus oipotens
de⁹. Qui vi ⁊ reg. i ſe. ſ. Am.

¶ Sequuntur orationes q̄
dam deuote multū ad btiſſi
mā virginē mariā dicēde in
eius ſolēnitatibus aut i die-
bus ſabbatinis. ⁊ p̄ſertim in
eccleſijs ipſi beatiſſime vir-
gini conſecratis.

Loquar ad cor tuuȝ. o
maria ſpeculū clarita-
tis angelice. Loquar ad cor
tuum mūdum dn̄a mundi:
⁊ adorabo ad tēplū ſanctuȝ
tuū ab interiorib⁹ aie mee.
Saluto ex intimis p̄cordijs
meis imaculatū cor tuuȝ. qd
primū ſub ſole fuit dignū ſu
ſcipere egredietē de ſinu pa-
tris vnigenitū dei ſalue ſan-
ctuariū ſingulare qd dedica
uit ſibi deus in ſpūſcō: ſalue
ſcm̄ ſcōꝝ qd de dicauit ſum
mus pontifex celoꝝ mirabi-
li ⁊ ineffabili itroitu ſuo ſal
ue archa ſcificatiōis: ꝯtinēs
in te ſcripturā digiti dei: ſal-
ue vrna aurea habēs celeſte
māna plenū delitijs āgeloꝝ
in te dulce ꝯuiuiū: i te oēs d
litie: in te electuariū ⁊ ſapor
oīs grē. Salue cor virgineū
ſcē trinitatis inuiolabile ſa-
crariū ⁊ nobiliſſimu recepta
culū ⁊ tricliniū i quo diuini-
tas humanitati vnita eſt p
amoris oſculū. Jubilo ſem-
piterno īpltearis: tu concha
ſmaragdina: cui⁹ viror nūq̄
expalluit q̄ ſupno regi nr̄aȝ
ſalutē ſit. ēti pbatiſſime fidei
dulce nectar ꝓpinaſti in illa
hora q̄ ad ſalutatiōeȝ archā
geli eructaſti v̄bū bonum di
cēs. ecce ācilla dn̄i: fiat mihi
ſ̄ȝ v̄bū tuū Magnificet igit
oīs aīa te Maria dulcedis
⁊ btitudineȝ tui ſacratiſſimi
cordis: vn̄ nr̄a ꝓfluxit ſalus
collaudet oīs lingua p eťna
ſcľa ſcľoꝝ. am̄. Salue ꝯ ocu
li v̄ginei oīuȝ oculoꝝ felici-
ſimi: q̄ ſplendorē pr̄is eterni
ob ūbratum carni mei uiſis
videre letitia ineffabili i for
ma paruuli p̄e filijs hoium
ſpecioſi. Saluete aures v̄gi-
nee q̄ meruiſtis audire ange
loꝝ choros laudib⁹ extollē
tes infantē celum terraq̄ re

gentem: ꝛ patris ſuauiſſimū
verbū caro factū vagiens i
ter arta p̄ſepia poſitū letiti-
amq; plorantē: omnēq; la-
chrymā ab oculis ſanctorū
abſtergentē. Saluete nares
virginee haurientes diuini
flatus ſpiramen: qđ vapora
uit ex ore defici paruuli. O
caminus ille in quo ardēt ſe
raphin. O paradiſus volu-
ptatis. O diua pectoris ama
toria refrigeratrix: quantis
pulſibus amoris concuſſum
eſt cor tuum cū viuific⁹ ſpūs
dei tanq̄ auſter te perflauit
ꝛ ſpiritum tuum totum ſibi
attraxit. Salue os virgineū
ad oſculādū ꝛ ſalutādū dei
filii ſuper omnia digniſſimū:
blandiēs diuino īfantulo re
nidēti i tuo virginali gremio
ꝛ demulcens vt paruulū an
gelorum dn̄m: adoranſq; crea
torē oium prolem ex ꝓpriis
viſceribus genitū. Saluete
manus virginee q̄ meruiſtis
attractare: ꝛ vlnis tremēti-
bus baiulare deum: quē celi
non poſſunt capere: panēq;
angelorum paſcere i humana
eſurie. Saluete vbera virgi
nea: que rex celorū q̄ paſcit
oia ſuxit de te o virginū pul
cherrima. Saluete pedes v̇
ginei: perfecte ſequentes ve
ſtigia filii dei in charitate in
ſeparabili: qꝛ ipſa mortis ca
lamitas te matrē nō diſiun-
xit a filio: ſed trāſfixa morte
vnici pignoris iuxta crucē
ſtetiſti immobilis. Saluete
virginei corporis mēbra ſin
gula diuine opatiōis inſtrā
nobiliſſima manu ſapientie
exciſa: q̄ iniuncta ſcē trinita
tis officia adipleſtis i ſūma
reuerētia. O virgo btiſſima
ꝛ oi laude digniſſima mr̄ ie
ſu xp̄i cariſſima p oia q̄ btiſ
ſima trinitas in ſanctiſſimis
mēbris tuis opata ē magna
lia ſup oia ei⁹ opa: ꝛ p illud
ineffabile gaudiū qđ in con
ceptu ꝛ in partu filii dei i oi
bus membris tuis ſenſiſti. di
gnare de ſingulis mēbris tu
is dulcedine redundantib⁹
in me ſtillare gratiā tāta effi
cacia: vt pfundatur corpus
meū ꝛ anima: ſanctificentur
oia mēbra mea vt de cetero
nūq̄ moueāt ad praua tpa
ſed ſeruiant amori tuo cum
leticia: ꝛ per amorē viuificē
tur: regnant ꝛ roborent ꝛ p

ficiant vſq3 ad exiccationez medullarum omniū oſſium meorum. Amen.

¶ Alia orõ ad ſctām Mariam ſancti Anſelmi epi.

Maria tu illa mag̃ maria tu illa maior btā rū3 mariarū tu illa maxima feminarū. Tu dña magna ꝛ valde magna te vult cor meum amare te cupit os meu3 laudarī: te deſiderat venerari mens mea te affectat exorare anima mea: q2 tuitioni tue ſe cōmēdat tota ſubſtātia mea. Enitimini viſcera anime mee: enitimini quantu3 poteſtis. ſi quid poteſtis omnia iteriora mea vt eius merita laudetis vt eius beatitudinē ametis: vt eius celſitudinē admiremini: vt ei⁹ benignitate3 deprecemini: cuius patrocinio quotidie indigetis īdigēdo deſideratis deſiderādo īplorātis īplorādo īpetratis. ꝛ ſi non ſm deſideriū veſtru3: tñ ſupra vel certe contra meritū veſtrū. Regina angelorū: dña mundi mater ei⁹ q̄ mūdat mūdū. Cōfiteor q2 cō meū nimis ē īmūdū: vt merito erubeſcat in tam mundā intēdere: nec digne poſſit mūdā intendēdo ꝯtingere. Te igit mr̄ illuminatiōis cordis mei te nutrix ſalutis mee mētis te obſecrant quantū pñt. cūcta p̄ cordia mea. Exaudi domina adeſto ꝓpicia. adiuua potētiſſima vt mūdentur ſordes mentis mee: vt illuminētur tenebre mee: vt accendatur tepor meus: vt expgiſcatur torpor meus: quaten⁹ ſicut tua btā ſanctitas ſup̄ omnia poſt ſumu oīum filiū tuu3 p̄ oipotentē filiu3 tuū ob glorioſum filiū tuu3 a bñdicto filio tuo es exaltata: ſic ſup̄ oia poſt dñ3 ꝛ deū meū tuū filiū te cor meū intelligat ꝛ vereret: amet ꝛ deprecet eo affectu: nō quo deſiderio ip̄ fect⁹: ſ3 quo dicit a filio tuo fcūs redemptus ꝛ reſuſcitatus. Genitrix vite aīe mee alitrix reparationis carnis mee lactatrix: ſaluatoris totius ſubſtantie mee. S3 q̄d dicam. Lingua mea deficit q2 mens non ſufficit. Domina dña oia intima mea ſollicita ſunt: vt tantorū bñficiorum tibi grās exoluāt. Sed

ne cogitare poſſunt dignas. Quid enī dicam digna me tri creatoris ꝛ ſaluatōis mei p cuius ſanctitatē pctā mea purgant: p cuius itegritatē mihi icorruptibilitas donat per cuius ṽginitatē aīa mea adamat a dño ſuo: ꝛ deſpōſat deo ſuo. Quid inquā di/gne referā gēitrici dei ꝛ dñi mei. per cuius fecunditatem captiuus ſum redemptus: per cuius partum de morte eterna ſum exēptus: per cuius prolem pditus ſum reſtitutus: ꝛ de exilio miſerie in patriā btitudinis reductus: Benedicta tu in mulierib⁹. Hec oīa mihi dedit benedict⁹ fruct⁹ vētris tui i regeneratione baptiſmi ſui. Alia in ſpe: alia i re. Quāq̄ hec oīa ego ipē mihi ſic peccādo abſtulerim: vt nec rē habeā: ꝛ ſpem vix teneā. Quid enim ſi mea culpa euanuerūt. Nū qd igratus ero illi p quē mihi bona tanta gratis euenerunt: Abſit ne addā hec iniquitatē ſup iniqtatē. Immo grās ago: qa habui. Dolco qa non habeo. Oro vt habeam. Certus enim ſum. qa ſicut p filiū grāz ea potui accipere ſic eadē p matris merita poſſum recipe. Ergo dña porta uita ianua ſalutis. via reconciliationis. aditus recuperatiōis. obſecro te per ſaluatricem tuam fecunditatem. Fac vt peccatorū meorum mihi venia ꝛ bñ viuendi gratia concedat. Et vſq; in fine h ſeruus tuus ſub ꝓtectiōe tua cuſtodiat. Aula vniuerſalis pietatis: cauſa generalis reconciliationis: vas ꝛ templū vite ꝛ ſalutis vniuerſoꝝ: nimium ꝯtraho merita tua cū i me homūculo vili ſingularit recēſeo bñficia tua q̄ mūd⁹ amās gaudet. Gaudēs clamās eē ſua. Tu nanq; dña admirabilis ſingulari virginitate. amabilis ſalutari fecunditate: venerabilis ieſtimabili ſanctitate tu oſtēdiſti mundo dominū ſuū ꝛ deū ſuū quē ne ſciebat: tu viſibilē exhibuiſti mundo creatorē ſuum: quē ꝑus nō videbat: tu genuiſti mundo reſtaurationē q̄ perditus indigebat: tu pepiſti mundo reconciliatorē quē reus non habebat. Per

fecunditatem tuaꝫ domina mundus peccatoꝛ eſt iuſtificatus dānatus ſaluat⁹ :exul reductus. Partus tuus domina mundum captiuum redemit. Egrum ſanauit moꝛtuum reſuſcitauit. Celuꝫ Sydera Terra Flumina Dies Nox:ꝛ q̄cunqꝫ humane poteſtati vł vtilitati ſunt obnoxia:vt amiſſuꝫ dec⁹ ſeſe gratulātur per te quodāmodo reſuſcitata:ꝛ noua quadam ineffabili grā donata. Quaſi enim omnia moꝛtua erāt: cuꝫ amiſſa congenita dignitate fauēdi dn̄atui:vel vſib⁹ deum laudantium ad qȯ facta erāt obruebanť oppꝛeſſione:ꝛ decoloꝛantur abuſu idolis ſeruientiū : ꝑpter qȯ facta non erat. Quaſi v̄o eadem reſuſcitata letanť cum iam deum ꝯfitentiū ꝛ dn̄atu regunť ꝛ vſu decoꝛanť. Noua aūt ꝛ ineſtimabili gratia quaſi exultauerunt cū ipſum deum:ipſuꝫ creatoꝛē ſuū nō ſolū inuiſibiliter ſupꝛa ſe illa regētem ſenſerūt ſed etiam viſibiliter inter ſe eiſdē vtendo ſanctificantem viderunt. Hec tāta bona per bn̄dictū fructū bn̄dicti vētris bn̄dicte marie ꝑuenerūt. Sꝫ cur ſoluꝫ loquoꝛ dn̄a beneficijs tuis plenū eſſe mūdū. Infer na penetrant:celos ſuperāt. Per pulchꝛitudinē eni grē tue ꝛ que in iferno erant ſe letanť liberata ꝛ que ſupꝛa mūdū ſunt ſe gaudēt reſtaurata. Per eūdē q̄ppe glorioſum filiū glīoſe virginitatis tue oēs iuſti q̄ obierūt an̄ vitalē eius mortē exultāt diruptione captiuitatis ſue ꝛ angeli gratulanť reſtitutiōe ſemirute ciuitatis ſue. O femina mirabiliter ſingularis ꝛ ſingulariter mirabilis : per quā elemēta renouanť :iferna remedianť hoies ſaluanť āgeli reintegranť. O femina plena ꝛ ſuperplena gratia: de cui⁹ plenitudinis exuberantia reſperſa ſic reuireſcit omnis creatura. O v̄go bn̄dicta ꝛ ſemper benedicta:ꝑ cuius benedictionē benedicitur natura nō ſolū creata a creatoꝛe : ſed ꝛ creatoꝛ a creatura. O nimis exaltata quā ſequi conatur affectus aie mee quo aufugis aciem mētis mee. O pulchꝛa ad in

tuẽdum:amabilis ad contẽ
plãdũ:delectabilis ad amã
dũ:quo euadis captiuitatẽ
cordiꝫ mei. Preſtolare dña
infirmam aiam ſequentem.
Ne abſcondas te dña parũ
videnti te anime querentis
miſerere dña aia poſt te ãbe
lando languẽti mira res in
quã ſublimi cõtemplor ma-
riam locatam. Omnis crea
tura a deo eſt creata:⁊ dei
natura ex maria ẽ nata. de⁹
oia creauit:⁊ maria deũ ge
nerauit. Deus q̇ omnia fe-
cit:ipſe ſe ex Maria fecit:⁊
ſic omnia que fecerat refe-
cit. Qui oia potuit ex nihi-
lo facer̃ noluit ea violata ſi
ne maria reficere. Deus igi
tur eſt pater rerum creata-
rum:⁊ Maria mater reruꝫ
recreatarũ. Deus eſt pater
ꝯſtitutionis oium:⁊ maria
eſt mater reſtitutiois oium.
Deus enim genuit illum ꝑ
quẽ oia fcã ſunt:⁊ maria pe
perit illũ ꝑ quẽ cũcta ſũt ſal
uata. De⁹ genuit illũ ſine q̊
penitus nihil eſt:⁊ maria pe
perit illum ſine quo oino ni
hil bñ eſt. O vẽ dñs tecum
cui dedit dñs vt ois creatu
ra tm̃ tibi deberet ſecũ:ma-
ria obſecro ꝑ grãm:qua ſic
dñs eſſe tecũ:⁊ te voluit eẽ
ſecũ:fac ꝑꝑ ipſam ſm̃ eãdẽ
ipſam grãm miam tuaꝫ me
cũ. Fac vt amor tui ſemꝑ ſit
mecũ:⁊ cura mea ſꝑ ſit tecũ
Fac vt clamor neceſſitatis
mee q̃diu ipſa ꝑſiſtit ſit tecũ
⁊ reſpectus pietatis tue q̃-
diu ego ſubſiſto ſit mecum.
Fac vt ꝯgratulatio btitudi-
nis tue ſꝑ ſit mecũ ⁊ ꝯpaſſio
miſerie mee:q̃tũ mihi expe
dit ſit tecũ. Sicut eni o btiſ
ſima ois a te auerſus:⁊ a te
deſpectus:neceſſe eſt vt in-
tereat:ita ois ad te conuer-
ſus ⁊ a te reſpectus impoſ-
ſibile eſt vt pereat. Sicut
enim dominus deus genuit
illum in quo omnia viuunt
ſic o tu flos v̇ginitatis gẽui
ſti eũ ꝑ quẽ ⁊ mortua reuiui
ſcunt. Et ſicut deus ꝑ filium
ſuũ btõs ãgelos a peccato
ſeruauit:ita o tu de⁹ purita
tis per filiũ tuũ miſeros ho
mies ex pctõ ſaluaſti. Quẽ
admodũ eni dei filius ẽ bti-
tudo iuſtoꝝ:ſic o tu ſal⁹ fe
cũditas fili⁹ tuus eſt recon
ciliatio:pctõꝝ. Noꝫ eſt eni

recōciliatio niſi ꝙ tu caſta cōcepiſti. Non eſt iuſtificatio: niſi quā tu itegra in vtero vouiſti. Non eſt ſalus niſi quā tu virgo peperiſti. Ergo o dña mr̄ es iuſtificationis ⁊ iuſtificatoꝝ: genitrix es recōciliationis ⁊ recōciliatoꝝ: parēs es ſaluti ⁊ ſaluatoꝝ. o btā fiducia: o tutū refugiū. Mater dei eſt mr̄ nr̄a. Mater eius in quo ſolo ſperamus: quē ſolū timemus eſt mr̄ nr̄a. Mater eiꝰ in quā qui ſolus ſaluat ſolꝰ dāṅat ē mater noſtra. Sed o bn̄dicta ⁊ exaltata: nō tibi ſoli: ſʒ ⁊ nobis q̄dē ꝙ magnū ꝙ amabile eſt qͦ video per te euenire nobis: qͦ videns gaudeo: qͦ gaudēs dicere non audeo. Si enim tu dña es mater eius: nonne ⁊ alij filij tui ſunt fratres eiꝰ. Loq̄r vn̄ iocūdat coꝛ meuʒ nec ſilebo ne elatiōe arguatur os meū. Sed qͦ credo amando cur nō ꝯfiteoꝛ laudando. Dicam igiť nō ſuperbiendo ſed gratias agendo. Qui eniʒ fecit vt ipſe ꝑ maternam generationem eſſet frater nature noſtre: ⁊ nos per vite reſtitutionē eſſemꝰ filij matris eiꝰ ipſe iuitat vt cōfiteamur nos fratres eiꝰ. Ergo iudex noſter ē frater noſter. Saluatoꝛ mundi eſt frater noſter. Qua igiť certitudine debemus ſperare q̄ conſolatiōe poſſumus timere quoꝝ ſiue ſalus ſiue dānatio de boni fratris ⁊ de pie matri pēdet arbitrio. Quo ēt affectu hūc fratrē ⁊ hāc matrē amare debemus qua familiaritate nos illis committemus qua ſecuritate ad illos confugiemus qua dulcedine fugiētes ſuſcipiemur. Bonus igitur frater nobis dimittat quod deliquimus. ipſe auertat qͦ delinquētes incurrimus: ipſe donet qͦ penitentes petimus. Bona mater oꝛet ⁊ exoꝛet ꝓ nobiſ ipſa poſtulet ⁊ īpetret quod expedit nobis. Ipſa roget filium pꝛo filijs: vnigenitum ꝓ optatis dominum ꝓ ſeruis. Bonus filiꝰ audiat matrem pꝛo fratribus: vnigenitus pꝛo his quos adoptauit dominus pꝛo his quos liberauit. Maria quantum tibi debemus. Domina ma-

ter per quam talem fratrem habemus: quid gratiarum: quid laudis tibi retribuem⁹ Magne dñe tu noſter maior frater magna domina tu noſtra melior mater. docete cor meũ qua reuerẽtia vos debeat cogitare. bone tu: ⁊ bona tu. Dulcis tu: ⁊ dulcis tu. Dicite ⁊ date anime mee: quo affectu vos memorando de vobis delectetur: delectando iocundetur iocundando impinguetur. Impinguate ⁊ ſuccendite eã veſtra dilectione veſtro continuo amore. Langueat cor meum: liqueſiat anima mea deficiat caro mea. Utinam ſic viſcera anime mee dulci feruore veſtre dilectiõis exareſcant. Utinam ſic incita ta ſpiritus mei dulcedine veſtri affectus impinguentur vt medulle corporis mei exiccentur. Domine fili domĩe mee domina mater domini mei: ſi ego non ſum dignus qui ſic debeam veſtro amore beatificari. Certe vos eſtis indigni qui ſic: immo plus debeatis amari. Ergo benigniſſimi: nec ſic denegetis mihi petenti id quod me confiteor indignum: vt auferat id quod certe vos denegare non poteſtis dignos. Date itaque pijſſimi date obſecro ſupplicãti aie mee non ꝓpter meritũ meũ ſed ꝓpter meritum veſtruꝫ Date illi quãtuꝫ digni eſtis amorem veſtrũ: date inquã mihi quo ſum indignus: vt reddat vobis quo eſtis digni Si enim non vultis dare vt habeam qđ deſidero ſaltem nolite negare vt reddam vobis qđ debeo. Forſitan preſumẽdo loquar: ſed vtiqꝫ bonitas vr̃a facit me audacem Loquar ergo ad huc dominuꝫ meũ ⁊ dominã meã cũ ſim puluis ⁊ cinis Domine ⁊ domina: nonne multo melius ẽ cuꝫ vos gratis donatis petenti qđ ipſe non meretur: ꝗ̃ cũ vobis ſubtrahitur qđ vobis iure debetur. Illud quippe eſt predicande miſericordie: iſtud eſt nephãde iniuſticie. Impendite igitur gratiam vt recipiatis debitum. Facite vos mihi miſericordiam veſtrã que mihi expedit ⁊ vos de-

cet: ne faciam ego vobis iniuſticiam meã que nulli expedit ꝛ nullũ decet. Eſtote vos mihi miſericordes: qđ obſecro: ne ſim ego vobis iniuſtus qđ execror: date benigne ꝛ benigna: ne ſitis exoratu difficiles. Date anime mee amorem veſtri quẽ ipſa non iniuſte petit ꝛ vos iuſte exigitis: ne ipſa bonis veſtris ſit ĩgrata: qđ ipſa iuſte horret ꝛ vos non iniuſte punitis. Certe ieſu fili dei ꝛ tu maria mater eius ꝛ vos vultis ꝛ equũ ẽ vt quicqđ vos diligitis diligatur a nobis. Ergo bõe fili rogo te ꝑ dilectionẽ qua diligis ꝛ diligi vis eam ita mihi des vt vere diligam eã. Bona mater rogo te per dilectionem qua diligis filium tuum, vt ſicut tu vere diligis ꝛ diligi vis eũ ita mihi impetres vt vere diligam eũ. Ecce enĩ qđ vt fiat vere eſt in deſtra voluntate cur propter peccata mea non fiet cum ſit in veſtra poteſtate. Amator ꝛ miſerator hoĩũ tu potuiſti reos tuos ꝛ vſq; ad mortẽ amare. ꝛ poteris te roganti amorem tui ꝛ matris tue negare. Veneret igitur vos ſicut digni eſtis mens mea: amet vos ſicut equũ eſt cor meũ. Diligat vos ſicut ſibi expedit anima mea. Seruiat vobis ſicut oſ caro mea ꝛ in hoc conſumetur vita mea vt in eternũ pſallat tota ſubſtantia mea. Benedictus dominus in eternũ fiat fiat. Amen.

¶ Alia oratio ad virginẽ glorioſam.

Aue mundi ſpes maria. Aue mitis aue pia Aue virgo mater chriſti: tu que ſola meruiſti: eſſe mater ſine viro: ꝛ lactare more miro. Angelorũ imperatrix. Peccatorũ cõſolatrix. Conſolare me lugentem in peccatis iam fetentem. Conſolare peccatorem: ꝛ ne tuũ des honorẽ. Aliẽo aut crudeli: precor te regina celi: Me habeto excuſatũ apud chriſtũ tuũ natũ. Cuius irã expaueſco a furore contremiſco. Nam peccaui ſibi ſolito maria v̄go noli eſſe mihi aliena: gratia celeſti plena. Eſto cuſtos cordis mei:

ſigna me timore dei. Confer
vite ſanitatem: ꝛ da morum
honeſtatē. Da peccata me
vitare: ꝛ qđ iuſtū eſt amare.
O dulcedo virgialis: nunq̄
fuit nec eſt talis inter natas
mulierum. Omniū creator
rerꝫ te elegit genitricē. Qui
mariam peccatricē: emūda
uit a reatu ipſe me tuo pre-
catu a peccatis cunctis ter-
gat: ne infernus me demer-
gat. Eya roſa ſine ſpina: pec
catorꝫ medicina ꝓ me chri-
ſtū interpelle: vt me ſaluet a
procella: huius mundi tam
imūdi: cuius fluctus furibū
di: oī parte me impingunt: ꝛ
peccati zona ſtringunt. Xp̄e
fili ſūmi patris: per amorē
tue matris: cui⁹ vēter te por
tauit: ꝛ te dulce lacte pauit.
Te per ipſam rogo ſupplex
qꝛ tu es ſalus duplex: ſalus
rerū mūdanarꝫ: atq̄ ſal⁹ aīa
rū. Te nūc p̄cor lꝫ re⁹: miſe-
rere mei deus. Miſerere fili
dei. Miſerere xp̄e mei. Mi
ſerere miſerere: miſerator nā
es vere: tu peccata dele mea
ꝛ cor mūdū in me crea. Da
ſpē firmā fidem rectā: cha
ritatēq̄ p̄fectā. Et cōcede ſi
nē bonū: qđ eſt ſuper oē do
nū: vt in corde ſic cōpungar
tibi chriſto ꝙ cōiungar. Fac
me digne mādücare corpus
tuū ſalutare. Ira tua nō me
grauet: ſanguis tuus ſic me
lauet extra corpus ꝛ in cor
de a peccatis ꝛ a ſorde. Ut
dū inſtat hora mortis: ange
lus tūc aſſit fortis: a te dat⁹
mihi cuſtos qui det locum i
ter iuſtos. Mors dum car-
nē meā frangat mors ſecū
da nō me tāgat: lꝫ caro non
putreſcat: ſpiritus tamen in
te requieſcat: dum reſurgo
te viſurus: ſemper apud te
manſurus. Audi nos nā te
filius nihil negans honorat
Salua nos Jeſu pro quib⁹
virgo mater te orat. Amen.

¶ Sequunt̄ nūc orationes
de angelis. Et p̄mo de ſcō
Michaele archangelo.

SAncte Michael
archangele domi-
ni noſtri ieſu chri-
ſti: qui veniſti ī ad-
iutorium populo dei. Sub
ueni mihi apud altiſſimum
iudicem: vt mihi peccatori
donet remiſſionem omniū
peccatorum meorū propter

magnam miſerationum cle
mentiaꝫ. Exaudi me clamā
tem ſancte Michael atque
inuocanteꝫ te: ⁊ adiuua me
maieſtatem domini deprecā
tem. Et interpella pro me ī
gemiſcente: ⁊ fac me caſtum
ab omnibus peccatis meis.
Inſuper obſecro te precla-
rum atq; decorū ſumme di-
uinitatis miniſterium: vt in
nouiſſimo die benigne ſuſci
pias animam meam in ſinu
tuo ſanctiſſimo: ⁊ perducas
eam in locum refrigerij pa-
cis ⁊ quietis: vbi ſanctoruꝫ
anime cum leticia ⁊ inenar-
rabili gaudio futurum iudi
cium ⁊ gloriam beate reſur
rectionis expectant. Amen.
¶ Item alia vt ſupra.

SUmme ſedis miniſter
princeps militie celeſtis
⁊ ſignifer. Quis vt deus mi
chael angele pijſſime archā
gele placidiſſime. Tibi cor-
pus ⁊ animam meam tota ī
tentione tuendam. cōmitto
ſpāliter poſt deum deiq; ge-
nitricē vite ⁊ mortis mee di
ligentiā cōmitto. Adeſto q̄-
ſo mihi duꝫ viuo ⁊ oēs act⁹
meos ad dei volūtatē faciē
dā dirigas: vt me ab inſidijs
inimici: ⁊ ab omnibus ma-
lis viſibilibus ⁊ inuiſibilib⁹
liberes. Succurrere mihi q̄
ſo ī hora mortis mee ⁊ feſti
na in auxiliū meū cū ange-
lorū multitudine: vt brachi
um peccatoris ⁊ maligni ad
uerſarij mei ꝯteras. Appbē
de arma ⁊ ſcutū ⁊ exurge in
adiutorium mihi: ⁊ animaꝫ
meam de faucibus ipij dra-
conis eripias ⁊ eam comitā
tibus angelis lucis in ſinum
abrahe: in requieꝫ ſempiter
nam cū exultatiōe pducas.
¶ De oībus angelis orō.

OMnes ſancti angeli ⁊
archāgeli: throni ⁊ do
minationes: principatus ⁊
poteſtates: virtutes. Cheru
bin ⁊ ſeraphin agmina cele
ſtiuꝫ beatorū ſpirituū. Fun-
dite pro me preces ad dn̄m
vt me liberet a peccatorum
vinculis: ⁊ illuſtrare dignet
virtutuꝫ ſtudijs: ⁊ defendat
ab aduerſitatibus cunctis.
Et poſtremo iungat me ſan
ctis conſortijs. Amen.
¶ Item adhuc de eodem.

OMnes ſācti ſeraphin: ⁊
cherubin: throni quo-

ꝙ dominationes: principa
tus: poteſtates virtutes ar-
changeli angeli ordines no
uem ſpirituū beatorū quos
in dei laudib⁹ firmauit cha
ritas me fragilem: me pecca
torem ſupplicem veſtruʒ fir
mate precibus vt ſpiritales
paruitates veſtro iuuamine
deuincens fortiter nunc ꝛ
in euum veſtris patrociniis
fulciri veſtre beatitudiſ gra
tia perfrui merear. Amen.

¶ Itē ad ꝓpriū āgelū. Orō.

INter quos ꝛ pre oib⁹
ſupernis ciuibus tuum
ſingulariter ꝛ precipue de-
poſco ſuffragiuʒ beate ꝛ an
gelice ſpiritus cui me deus
cuſtodiendum deputauit:
vt me diebus ac noctibus:
horis ꝛ momētis omnibus
indeſinenter vbiqꝫ cuſtodi-
as ne aditum quod abſit ali
quem ad me decipiendum
callidus tentator inueniat:
ne rabiem ſue tyrānidis ex-
erceat: qui tanꝙ leo rugiēs
circuit querens queʒ deuo-
ret. Ne animam meam cir
cunueniēdo illaqēt: ne men
tē meā alienando perturbet
ne ſēſus meos exagitādo lu
dificet ne me in pericula vl
la precipitet. Ne me in ca-
ſu improuiſe mortis impel-
lat: ſed vt ſemper ꝛ vndiqꝫ
tuo interius exteriuſqꝫ regi
mine vitaʒ proſpere ꝛ in bo
no propoſito tranſigam: ne
ante dignam peccatoꝝ emē
dationem vite terminum ca
piam. Cum vero prefinitum
tempus moriendi aduene-
rit: ꝛ inimici mei animam
meam circundederint: ꝛ os
eorum locutum fuerit ſuper
biam cum tribulatio proxi
ma fuerit: ꝛ non ſit qui ad
iuuet: cum aperuerint ſuper
meos ſuum ſicut leo rapiēs
ꝛ rugiens: qn̄ circundede-
rint me canes multi ꝛ con-
ſilium malignantium obſe-
derit me. Tunc rogo exur
ge cum dei adiutorio ad cō
uertenduʒ inimicum meum
retrorſum. Exurge preueni
eum ꝛ ſupplanta eum. Eri-
pe animam meaʒ ab impio
Cōtere brachiū peccatoris
ꝛ maligni. Querat ab illo
peccatū meū: ꝛ nō inueniat
qa deletū ſanguie xpi Tūc
queſo ne elōgaueris auxiliū
tuū: ſed ad defenſioneʒ meā

ꝓſpice. Erue a framea aīam
meā: ⁊ de manu canis vnicā
meā. Salua me ex ore leōis
⁊ a cornibus vnicornium hu
militatē meā. Reſtitue aīam
meam a malignitate eoꝝ: a
leonibus vnicā meam. Non
ſupgaudeāt mihi inique: nō
dicant in cordib⁹ ſuis: euge
euge aie noſtre: nec dicāt de
uorauimus eum. Non man
dent verbū iniquū aduerſuꝫ
me dicētes. Perſequimini ⁊
comprehendite eū: q2 nō eſt
q̄ eripiat. tunc obſecro te ne
tradas beſtijs aiam tibi cō
miſſam: aiam pauperis tui
ne obliuiſcaris in finem. Ne
permittas auferendum im
pijs preconijs hominum ti
bi celitus aſſignatum. Sed
educ me de laqueo quē ab
ſconderunt mihi: educ de cu
ſtodia animam meam ⁊ in
columem cum preſidio bea
toꝝ ciuiū tuoꝝ introduc in
ciuitatē ſanctam Hieruſalē:
vbi mors nō erit vltra: neqꝫ
luctus: neqꝫ clamor: ſed nec
vllus dolor vbi vota laudis
vna tecum letus in perpetu
um domino reddaꝫ: tali mo
dulatione decantans verba
iniquorum preualuerint ſu
per nos ⁊ impietatibus no
ſtris tu propiciaberis. Bea
tus quem elegiſti ⁊ aſſumpſi
ſti: habitabit in atrijs tuis.
Replebimur in bonis do
mus tue. Amen.

¶ Item alia oratio ad pro
prium angelum.

Obſecro te āgelice ſpi
ritus: cui ego ad pro
uidendum commiſſus ſum:
vt indeſinēter protegas: me
defendas mundes: munias
ab omni incurſu dyaboli vi
gilantem: dormientem vbi
cūqꝫ iero. Repelle a me per
virtutem ſancte crucis om
nem tentationē ſathane. Et
qđ mea nō exigūt merita tu
is precibus optime apud altiſ
ſimū iudicem: ita vt nihil lo
ci in me habeat cōtrarie vir
tutis admixtio. Cūqꝫ p ab
rupta vicioꝝ meoꝝ me de
uiaſſe videris: per ſemitam
iuſticie ad ſaluatorem meuꝫ
me reducere ſatagas. Et in
quacunqꝫ tribulatione: vel
anguſtia me eē proſpexeris
auxilium dei omnipotentis
tuo obtētu ⁊ precamine mi
hi adeſſe ſentiam. Precor

te mi cuſtos ſi fieri poteſt no
tum mihi facias finē meum
diemq; obitus mei. Et cum
de corpore eductus fuero n̄
permittas me malignos ſpi
ritus terrere: neq; in foueā
deſperatōis deducere. Non
derelinquas me angelice ſpi
ritus donec ad viſionem ip-
ſius conditoris mei perdu
cas me: vbi ego oper̄ ꝛ tu ꝓ
cuſtodia: vna cum beatiſſi-
ma dei genitrice: ꝛ omnibus
ſanctis dño adiuuante lete-
mur. Qui cū deo. ꝛc. Añ. An-
gele bone qui mihi datus es
cuſtos: expugna dyabolū q̄
mee ſaluti inſidiatur. ℣. Glo
rioſus apparuiſti in conſpe
ctu domini. ℟. Propterea
decorem induit te dominus.

¶ Collecta.

d Eus cuius ꝓuiden
tia humano generi
ſupernorum ſpirituum preſi
dium ſubminiſtrat: concede
vt angelum mee cuſtodie de
putatum: ita valeam venera
ri: vt eius prouidentia vbiq;
merear defendi. Per chriſtū
dominum noſtrum Amen.

¶ De ſancto Johanne ba-
ptiſta. oratio.

s Ancte Johānes ba
ptiſta electe dī tu es
angelus dei q̄ veniſti
an̄ faciē dñi parare vias ei⁹
Tu oſtendiſti agnū dei do
minum ſaluatorē noſtrū qui
tollit peccata mundi: tu ba-
ptizaſti ꝛ cognouiſti myſte-
riū: tu pcuſſor extitiſti mar
tyr glorioſus ꝛ laudabilis
domini: intercede pro me ad
dominum vt merear vitam
poſſidere eternam. Amen.

¶ Item alia de eodem.

s Ancte Joānes bap
tiſta q̄ meruiſti ſal-
uatorē mundi tuis
manib⁹ baptizare ī fluuio ior
dānis eſto mihi apud miſeri-
cordē deū pius intercessor vt
me a peccatorum tenebris
eripiat ꝛ ad lucem celeſtis
gratie perducat: qui tollit
peccata mundi: ꝛ regnum
celorū appropinquare pro
miſit: cui eſt honor ꝛ gloria
per infinita ſecula ſeculorum
Amen.

¶ Ad oēs ſctōs p̄triarchas
ꝛ ꝓphetas. Orō.

s Ancti p̄triarche: ſan
cti prophete: quibus
ab initio mūdi omnipotēs

deus maieſtatem ſue digni tatis reuelare dignatus eſt obſecrate ꝓ peccatis meis: ⁊ expulſa penitus erroris ⁊ caligine cordis mei oculos vere fidei catholice lumine illuſtrate: vt ī die iudicij nō cum impijs ⁊ infidelibus q̄ credere ac penitentiā agere noluerūt ſm meritū meum deputer: ſed per veſtrā īterceſſionē merear īueniri abſolutus in illa die ab oī vinculo peccatorum vobiſcūq; ac oibus fidelibus introire ad regna celorum. Amen.

¶ Ad ſctm̄ Petrū aplorū principem. Oratio.

Sancte Petre aplē ⁊ electe dei tu cōfeſſus es filiū dei ſuper te edificauit dn̄s eccleſiā ſuā tibi tradidit claues regni celorꝫ: tibi dedit poteſtatē ligandi atq; ſoluēdi peccata tu es paſtor ouiū exemplar confeſſiōis: exēplar penitētie: doctor eccleſie: ianitor paradiſi: adiutor electorum tu es ſuſceptor animarꝫ. Et ego miſer ⁊ fragilis peccator quid ſū factur⁹ cū venero ad te. Adiuua me vt non recedā a te confuſus ꝓpter petā que male cōmiſi: ſꝫ potius ſolue vincula peccatorum meorꝫ qui habes poteſtatem ligandi atq; ſoluendi in celo ⁊ in terra. Sancte Petre: ſancte Paule: ſācte Andrea. omnes ſancti apl̄i dn̄i ſuccurrite mihi ⁊ aperite mihi portas iuſtitie: vt ingreſſus in eas confitear domino ⁊ viuam in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Item alia de eodem.

O Beate Petre clauiger etheree. intercedere dignerís pro me ad dominum qui tibi tradidit claues regni celorum vt tua interceſſione placatus concedat mihi meorum veniam peccaminum. Pete mihi a deo vere penitentie compunctionem ſicut tu habuiſti quādo amare fleuiſti poſt negatōē; magiſtri tui. Et ſicut te eripuit de manu herodis: ⁊ de omni expectatiōe plebis iudeorum ita idē dn̄s deus meus dignetur me ꝑ tuis ſanctis interceſſionibus eripere de manibus omniū inimicorū meorꝫ viſibiliū ⁊ inuiſibiliū

⁊ poſt hanc caducā vitā me
ad eternā ꝑducere gl'iā am̄.

¶ Ad ſanctiſſimū Paulū
doctorē gentiū. Oratio.

O Beate Paule apoſto
le: doctor gentiū: dep̄.
care pro me cūctipotentem
dominū: qui te de celo vo-
cauit ⁊ in terraȝ proſtrauit:
te de pſecutore fecit vas ele
ctionis: vt me ꝓſtratū i ma-
lo eleuet in bono. Et vt ver
boꝝ tuoꝝ eruditionib⁹ edo
ctus diſcam ſpernere fugiti-
ua hui⁹ ſeculi gaudia ⁊ verā
lucē q̄ xp̄s eſt valeaȝ appre-
hendere. Et p grāȝ dei quā
meruiſti ⁊ accepiſti: ⁊ q̄ in te
vacua non fuit: ſed ſemper
in te manſit. Ore lȝ polluto
te deprecor: vt me ab ange-
lo ſathane eripias: ⁊ a vētu
ra ira liberes: ⁊ in celū itro
ducas: atq; cū oībus ſanctiſ
apl'is ⁊ euāgeliſtis per grāȝ
filij dei viui. ⁊ per aduentuȝ
ſpūſſancti paraclyti venias
in adiutoriū mihi peccatori
⁊ oībus chriſtianis. Amen.

¶ Ad ſanctū Andreā apo
ſtolum. Oratio.

D Eprecor te beatiſſime
Andrea apoſtole dn̄i
Jeſu xp̄i: qui biduo pendēs
in cruce nō ceſſaſti populuȝ
docere: crucisq; gloriā i quo
genus humanū pius redem
ptor proprio cruorī redemit
predicare: vt ipſū depoſcere
dignare qđ mihi propicius
exiſtat: culparum nexus ſol
uat: ⁊ me celeſtibus ciuibus
iungat. Amen.

¶ Item oratio ad eundeȝ.

s Ancte Andrea apl'e
dei: q̄ dimiſſa naui ⁊
ſpreta retibꝫ: q̄ꝝ vſu
actuq; viuebas: celoꝝ p̄mia
mercat⁹ es p illū q̄ te de na-
ui vocauit. Deprecor te vt
tuis meritis ab oī fantaſia
ſathane me eripias: ⁊ a futu
ra ira defendas: ⁊ virtutem
tuā mihi aū tribunal chriſti
oſtendas. Per xp̄m do. no.
Amē. v. Dilexit Andream
dominus ℞. In odorē ſua-
uitatis. Oratio.

m Aieſtatē tuam dn̄e
ſuppl'r exoramus vt
ſicut eccleſie tue bea
tus Andreas apl's extitit p̄
dicator ⁊ rector ita apud te
ſit pro nobis perpetuus iter
ceſſor. Per dn̄m noſtrum.

¶ De ſancto Joanne euan

gelista. Oratio.

s Ancte Joãs euãgelista dñi: q̃ supra pect⁹ dñi i cẽa recubuisti: deprecare dñe ipʒ fōtē ſcie d̃ q̃ ve bausisti flueta doctrie vt luce sue v̄itatis tenebras peccatoꝝ meoꝝ effugare ꝛ illustrare dignet: ꝛ qui te eripuit d̃ ferue̅tis olei dolco ipſe me eripiat de eterne mortis periculo. Amen.

¶ Item alia oro de eodeʒ.

s Ancte Joãnes euãgelista: celestiũ secretoꝝ sblimiſſim⁹ ſcrutator ꝛ dñſor. Jnmẽsas ꝛ ineffabiles diuitias suauitatis q̃s d̃ ſacrario dñici pectoris potasti: nos miseri petimus vt tuo interuentu ab imminẽtibus huius seculi perturbationibus liberati: eterne beatitudis gaudijs perfrui mereamur: ꝛ me miserũ omnesq; fideles sancte Joãnes gratie ꝛ protectioni diuine: sancteq; genitrici dei cõmẽdare digriare. Per chꝛiſtuʒ. ℣. Cibauit eum dominus pane vite ꝛ intellectus. ℞. Et aqua sapientie salutaris potauit eum. Oratio.

a Djt domie q̃ſumus beatus ioãnes euangelista nr̃e fragilitatis adiutor: ꝛ ꝑ nobis tibi supplicans copiosus exaudiat. Per dñm.

¶ De sctō thoma oratio.

s Ancte thoma: qui ꝑ p̄rijs manib⁹ lat⁹ redẽptoris nr̃i ꝑ nob̄ vulneratum attingere meruisti: te per eandem gratiã quã tunc accepisti: quando omnipotens deus vuln⁹ ambiguitatis a te abstersit: deprecor vt angustias quas pro peccatis meis patior: ꝛ iram quã mereor tuo precatu auertas ꝛ suspẽdas ꝛ me organoꝝ laudibus in omni charitate triumphare concedas. Per chꝛiſtum dominum nostrum. ℣. Quia vidisti me thoma credidisti. ℞. Beati q̃ nõ viderũt ꝛ crediderunt. Oratio.

q Esum⁹ omnipotens deus: vt beatus thomas apl's tuũ pro nobis imploret auxiliuʒ vt a nr̃is reatibus absoluti: a cũctis etiã ꝑiculis exuamur. Per dñm.

¶ De sancto mathia apostolo. Oratio.

S Ancte Mathia qui domino diſponente beatorum apoſtolorū ſorte ꝛ mundiſſimis orationibus in locum Jude p̄uaricatoris: de quo ipſe p̄uaricatus fuerat electus: ꝛ clariſſimis tuis virtutibus apoſtolus chriſti ꝛ p̄dicator ꝛ martyr eſſe meruiſti. Te ſuppliciter imploro: vt meritis ꝛ interceſſionibus tuis ab eodē domino nr̄o ieſu chriſto veniaꝫ peccatorū meorꝫ in hoc ſeculo percipiam: ꝛ in futuro vitaꝫ eternam poſſideam. Per ℣. In omnem terram exiuit ſonus eoꝝ. ℟. Et in fi. orbis terre verba eorum. Oratio.

D Eus qui beatuꝫ Mathiā apoſtolorum tuorum collegio ſociaſti: tribue queſumus vt eius interuentione tue circa nos pietatis ſemper viſcera ſentiamus. Per chriſtum dominum.

De ſcō philippo apoſtolo. Oratio.

S Ancte philippe apoſtole dn̄i qui ab oīpotēti deo vnigenito dei patris filio: eundem patrem tibi ꝛ ↄſeq̄ntib9 tuis oſtēdi petiſti: te miſ ego peccator omnium criminū ſordib9 inuolutus: deprecor vt ab omni me diſtricto flagello qđ iuſte mereor: ꝛ ab omni dānatione ꝛ a vētura ira liberes ꝛ lampadibus ornatuꝫ ꝛ letum ad regē glorie pducas. Per chriſtum dominum noſtrum. Amen.

De ſancto Jacobo minore. Oratio.

S Ancte Jacobe apl̄e dn̄i frater Johānis apl̄i ꝛ euangeliſte: per abſciſionē p̄cioſi capitis tui quā ſuſtinuiſti pro amore dn̄i: te deprecator omni ſpurcitia plenus vt me tuis glorioſis meritiꝫ ab omni diſtricto iudicio qđ iuſte mereor: ꝛ ira ventura miſericorditer eripias: ꝛ atro agmine fugato ſancto agmini propinquante in conſortium angeloruꝫ ꝛ ſinum abrahe me tradas. Per chriſtum dominum. ℣. In omnē terrā. Collecta

E Xaudi nos de9 ſalutaris nr̄ ꝛ apl̄oꝝ tuoruꝫ philippi ꝛ Jacobi tuere p̄ſidijs: quoruꝫ donaſti fideles

eſſe doctrinis. Per chriſtuʒ dominum noſtrum.

¶ De ſancto Jacobo maiore. Oro.

S Ancte Jacobe alphei p grām q̄ frī dn̄i vocari meruiſti: te deprecor vt mea preſenti flagello: ⁊ a conſuetudine peccandi ⁊ ab immunditia cordis ⁊ corporis: ⁊ a ventura ira liberes: ⁊ aureā coronam mihi reddas: q̄ varijs gēmaruʒ floribus fulgeat: ac celeſti lumine ſp ēdeſcat. Per chriſtuʒ dn̄m. ℣. Dediſti hereditatē. ℟. Timentibus nomen tuum domine. Collecta.

E Sto queſumus domine plebi tue ſanctificator ⁊ cuſtos: vt beati Jacobi apoſtoli tui munita preſidijs: ⁊ cōuerſatiōe tibi placeat ⁊ ſecura mēte deſeruiat. Per dominum noſtrum.

¶ De ſctō Bartholomeo aplo oratio bona.

S Ancte Bartholomee per grām q̄ meruiſti miſer ⁊ pollutus ſeruus ſordidiſſimus peccator: te deprecor per eum qui te ⁊ ſocios tuos nō ſeruos ſed amicos vocauit vt me tuis p̄cioſis meritis liberes ab oib⁹ verſutijs diaboli ⁊ inſidijs ⁊ terroribus ⁊ impugnatōib⁹ ⁊ dānatione ⁊ illuminoſe viſibilis ⁊ inuiſibilis hoſtis in die furoris dn̄i: ⁊ in fine vite mee ꝯtra aduerſarios meos in adiutoriū meū venias: ⁊ binis luminibus ſuffultū veſtigia agni oſtēdas. Per. xp̄ʒ dn̄m nr̄m. ℣. Annūciauerūt opa dei. ℟. Et facta eius intellexerunt. Oratio.

